5 Libellus i cā pupilli quomodo ꝯcipiat.
6 Mulieri luxuriose quare curator detur.
7 Pater contra filiū quare non ciuiliter
sed criminaliter agit.

Diximus supra de psonis iudicū et ad
uocatoꝝ:restat vt de psonis litigātiū
videamus veꝝ q: qdā p se pn̄t et qui
dā p alios nō pn̄t in iudiciis interuenire.
de illis videamus.Ecce.n.seru⁹ nec p se
nec p alios in iudicio pōt interuenire: vt

C. de indi. l. seruus. fallit tñ in casib⁹ q nõ tanf. ff. de iudi. l. vix. ¶ Itẽ agit seruus ꝑ certis criminib⁹: vt l. iul. maie. ⁊ frãdati cẽsus ⁊ artioris annone. ⁊ de tabul. vbi fuit libertas sibi relicta: ⁊ de crimine adulterii: ⁊ his casib⁹ admittit etiã ꝯ patronũ vt in pdicta. l. de iudi l. vix. ⁊. C. de questionibus. l. i. ¶ Itẽ agit de possessione dñi turbata. s. si fuerit seru⁹ deiectus: vt. C. si p vim vl' alio mõ. l. i. ⁊ hoc cõtigit ꝓpter vtilitatẽ rei in qua quilibet admittit: vt. C. q legitimã psonã hꝫ stãdi in iudicio. l. momẽtanee. ⁊. C. si de mo. pos. fuerit appellatũ. l. i. In pdictis aũt casib⁹ ꝓpter imanitatẽ criminũ seruus accusat. Seruus aũt iperatoris ⁊ agere ⁊ cõueniri põt ciuiliter ⁊ crimialiter: vt. C. vbi cã fiscal. l. vl. ¶ Sed lꝫ seru⁹ nõ possit agere nec criminaliter nec ciuiliter nisi fm quod dictũ est cõueniri tñ põt ciuiliter ⁊ accusari criminaliter põt. l. iul. de vi priuata. ⁊ in accusatione serui oia seruant sicut in accusa. liberi: vt. ff. de accu. hos. §. si seruus. ⁊. §. oib⁹. Sed hec dr̃ia est ꝙ si ciuiliter volo agere cõcipiã libellũ ꝯ dñꝫ

1 in hũc modũ. Libellus. † Deo ⁊ vobis dño. M. cõqueror ego. R. de. A. talis serui dño a quo peto. x. p actionẽ de peculio vel de in rẽ verso. vel ꝙ iussu: qꝛ cũ seruo illius cõtrari emẽdo aliquã rẽ. vel in rẽ eius illa decẽ versa sunt: vl' qꝛ ipse iussit. ¶ Si vero criminaliter vis accusare cõtra ipm seruũ cõcipies libellũ vt dicit. l. illa libelloꝝ. dño aũt cõcedit ipm defendere vt. C. ad. l. iul. de vi publica. si criminis. ⁊. C. de accu. l. ii. de hoc autẽ libello

2 plenius tractabo infra. Questio. † Que autem sit ratio quare seruus non agat vel nõ accuset queritur. Rñ. tales actiones oẽs sunt de iure ciuili: vt. ff. de origi. iuris. l. ii. in fine prime colũne. at seruus de iure ciuili pro mortuo reputat: vt. ff. de regu. iur. seruitutem. ⁊ in aut. de nup. col. iiii. §. si vero decretũ. nec hꝫ cõionem ciuilis iuris nec ꝓtorii edicti: vt. ff. q testamẽta facere pñt. l. q testamẽto. §. seru⁹.

3 Questio. † Si tu queras q̃re in criminibus non accusat sed accusari põt. Rñ. ⁊

do instantiã in excõicato excõicatus fm canones nõ agit sed cõueniri põt. vt in extra. i. de iudi. intelleximus. Et est alia rõ: qꝛ interest reip. ꝙ maleficia puniant: vt. ff. de fideius. l. si a reo. §. vlti. ⁊. ff. de solutionibus stichum aut pãphil. circa prin. ff. ad. l. aquil. ita vulneratus. i fi. vñ si seruus delinquat: puniendus est: at si alius delinquat seruus lꝫ nõ accuset nihilominus alio accusante punie̊ delinquens. ¶ Itẽ pupillus nõ stabit i iudicio solus nec ꝑ se nec ꝑ alios nisi i momẽtaria possessione: vt. C. q leg. psonã. l. momentarie. ⁊. C. si p vim: vel alio modo. l. i. ⁊. interdicto de libero hoie exhibẽdo: vt. ff. de libero hoie exhi. l. iii. §. ait ptor. ¶ Item nec minor. xxv. annis nisi sicut pupillus: vt C. qui dari tu pos. l. in vniuersis. ⁊. C. de auctoritate pstanda. l. clarũ. Uerũ si egerit sine tutore vel cura. ⁊ obtineat tenet sentẽtia: vt. C. de ꝓcur. l. nõ eo minus. ne quod fauore eoꝝ inducimus cõtra ipos torqueamus: vt. C. de legib⁹ ⁊ ꝯsti. l. quod fauore. si tamẽ cõtra eos iudicet nõ valet vt. C. si aduersus rẽ iudica. l. cũ ⁊ minores. Fallit tñ in casib⁹. Ecce agit minor ꝑ suo thoro violato: vt. ff. ad. l. iul. de adul. si maritus. §. lex iulia. Itẽ si impetrauit veniã etatis agit solus. nisi in his q̃ decreti interpositionẽ desiderãt: vt. C. de his qui veñ. eta. impe. l. vlt. ¶ Itẽ solus accusat tutorẽ suspectũ. cũ cõsilio necessariarum psonaꝝ: vt insti. de suspectis tuto. §. impuberes. quod casuale est cũ. in illo crimine puniat tutor suspectus etiã sine accusatore: vt. ff. de susp. tuto. l. i. Questio. † Quid

4 ergo faciam si ego volo conuenire pupillum vel minorem. Respõdeo cõueniã illũ pupillũ vel minorẽ si est maior septẽnio cũ auctoritate sui tutoris. si est minor septẽnio cõueniam tutorẽ solũ. ⁊ hoc si hꝫ tutorẽ sinautẽ petã sibi dari. In minore autẽ si hꝫ curatorẽ ⁊ est pñs minor cõueniam ipm minorẽ ⁊ in psona sua formabo libellũ cũ auctoritate curatoris. Si est absens cõcipiã libellũ i psona curatoris. Si aũt nõ hẽat curatorẽ. petã sibi aliquẽ dari. ⁊ dabit ei inuito ad litẽ. Et hec vera

sunt etiã si pupillus vel minor agere volu-
erit. Hec oia legunt ar. C. de iure deli-
be. potuit. ⁊. l. si infanti. ⁊. ff. ad trebel. l.
restituta. §. i. ⁊. C. qui legi. p. l. i. ⁊. ij. ⁊. C.
qui pet. tuto. vel curato. l. i. ⁊. ff. de tutel.
qui hz. §. idẽ cassius: ⁊. ff. de administra-
tu. l. i. ¶ Unde si vis agere cõtra pupillũ
maiorẽ septẽnio: vel cõtra minorẽ presen-
tẽ tutorẽ. vel curatorẽ habentẽ ita conci-
5 pies libellũ. Libell⁹. † Deo ⁊ vobis dño.
A. cõqueror ego. R. de. M. pupillo ⁊ de
suo tutore a qbus peto. c. ⁊c. ¶ Si autẽ
pupillus sit minor. vij. annis vel minor
sit absens cõtra tutorẽ ⁊ curatorem. cõci-
piã libel. ita. Libellus. Deo ⁊ vobis dño
A. conqueror ego. R. de. M. tutore vel cu-
ra. talis pupilli vel minoris a quo nomi-
ne ipsius pupilli peto. c. ⁊c. ¶ Si autem
pupillus vult agere vel minor ita conci-
pias libel. Libellus. Deo ⁊ vobis dño. A.
cõqueror ego. R. cum auctoritate tutoris
vel curato. mei de. M. a quo peto. c. ⁊c.
¶ Sed si solus tutor vel curator vult
agere minore absente vel pupillo minore.
vij. annis cõcipies ita libellũ. Libellus.
Deo ⁊ vobis dño. A. cõqueror ego. R. tu-
torio vel curatorio noie ⁊ nomine pupilli
mei vel adulti de. M. a quo peto. c. que
debet pupillo vel adulto meo ⁊c. ¶ Itẽ
furiosus nec p se nec pro aliis in iudicio
interuenit quia nec sentit: vt. ff. de optio.
lega. l. si tibi. §. vni⁹. ⁊. ff. de codicil. l. ij.
Sed gaudeat ille q furioso sua negocia
curanda cõmittit. Idem in mente capto.
¶ Prodigus aũt anteq̃ interdicat sibi
bonis ⁊ p se ⁊ p aliis interuenire põt in
iudicio: nec enim interdicit eis bonoꝝ ad
ministratio ipso iure sed per iudicẽ. Idem
in muliere luxuriosa: vt. ff. de cura. furio-
si. l. i. ⁊. l. mulieri. ⁊ insti. q testã face. pos.
§. itẽ pdigus. Quid ergo erit. Rñ. sicut in
minore diximus ita ⁊ in illis: sed ꝯ. ar. ff.
de mino. l. pñi. in princi. ⁊ insti. de cura. §.
furiosi. Sed cõtrario rñdeo: licet habeãt
curatores legitimos nõ tñ interdicit eis
ipso iure administratio. Sed vtrum luxu-
rioso masculo dent curatores me legisse
6 nõ memini. Questio. † Sed que est ratio

q mulieri luxuriose curator dat. Rñ. q
in ea magis ardet stimulus ⁊ magis est
verecundiũ generi si mulier fornicet q̃ si
masculus. ¶ Itẽ nec debilis nec mutus
nec fatuus agunt si curatores hñt: vt. ff.
de priuileg. credito. l. dabimus. cũ. ll. se-
quentibus. ¶ Itẽ tutor accusatus de su-
specto nunq̃ aget vt tutor. licet admini-
stratio nõ sit ei interdicta a iudice: vt. ff.
de solutionibus qd si forte. §. sunt quidã.
ar. cõtra. C. de suspe. tut. l. cu quẽ. ¶ Itẽ
excõicatus nõ aget an̄ absolutionẽ: q2 se-
paratus est nõ solũ a corpe xpi sed etiã a
cõione fideliũ: vt in aut. de priuil. do. mu-
lieri. hereticis. nõ p. coll. viij. ⁊ extra. de
iudi. c. intelleximus. lz. excõicat⁹ possit cõ-
ueniri: vt ar. ff. de interdic. ⁊ releg. l. rele-
gatoꝝ. §. vlt. ¶ Itẽ si est separatus a cor-
pore xpi: q2 excõicatus puta qa est i mor-
tali pctõ: lz ifamis tñ agere põt q2 nõ est
separatus a cõione fideliũ. i. q2 nõ est pu-
blice denũciatus excõicatus: vt extra de
iudi. in dicto. c. intelleximus. ¶ Itẽ illu-
stris psona non aget nisi p pcuratorẽ: vt.
C. de pcur. qcũq3. ⁊ i aut. vt ab illustrib⁹.
⁊ q sup eos sũt. coll. v. ¶ Itẽ filiusfa. nec 7
aget nec cõuenit p se sine pris auctte: vt.
C. de annali exceptiõe. l. i. in fi. ⁊ de bonis
mater. l. i. ⁊. C. de bonis q̃ liberis. l. cũ nõ
solũ. §. i. ⁊ si pñt nihil querit cõpellit pr̃.
agẽti filio cõsentire. vt in. dic. l. cũ nõ so-
lũ. Et sic formabis libellũ sicut ⁊ dixim⁹
in psona minoris ⁊ pupilli. s. eo. Fallit aũt
in castrensibus ⁊ q̃si vbi filius agit ⁊ cõ-
uenit sine pris auctoritate: vt. ff. ad mace-
do. l. ii. ⁊. C. de inoffi. testã. l. vl. ¶ Itẽ fal-
lit in alio casu: vt in aut. de equali do. §. 8
illud. col. vii. vbi. filia agit sine pris vo-
luntat. ¶ Itẽ si pater sit absens ⁊ ei⁹ p-
curator fili⁹ agit pro viatico pro furto p
iniuria sibi illata: vt. ff. de iudic. l. si lon-
gius. ⁊. ff. de iniuriis. l. sed si vni⁹. §. filio.
¶ Itẽ agit filius vt puto sine pre in illis
actionib⁹ q̃ enumerant. ff. de actionib⁹ ⁊
obli. l. filiusfa. ⁊. l. in factũ. ¶ Item non
agit pater ꝯ filiũ: vt. ff. de iudi. l. lis nulla
nisi in casib⁹ q in. l. illa notãt p dñm Azo.
⁊ hoc si ciuiliter; criminaliter aũt agit latu-

to in sice p sua volūtate sniam: vt. C. de
7 patria ptate. l. in. Questio. † Sʒ q̄ est rō
q. ciuilit nō agit sed crimialit sic. Rñ. q
i criminalib⁹ ꝯsiliū capit psona patris p
filiis: vt. ff. de adul. l. nec i ea. ❡ Itē nec
fili⁹ cōtra prēm: vt. C. de in ius uoc. l. q i
ptate. ❡ Itē monachus ꝛ canonic⁹ regu
laris nō agit sine ꝯsensu abbatis vl ppos
ti: vt extra de postulā. c. ex pte. ❡ Item
nec mulier de iure lōbardo sine mūdual
do: vt in lōbardo. q̄liter mulier aliena. p
l. i. Hi ḡ oēs sicut p se: ita ꝛ p aliis repel
lunt. Fallit in filiofa. vt. ff. de pcura. fili⁹
❡ Itē nec deportat⁹ agit vl ꝯuenit suo
noie cū fisc⁹ ħ faciat sub noie q in oia bo
na illi⁹ succedit: vt. ff. de fideius. si debi
tor. ꝛ. ff. de noua ꝯ̄tiōs. ꝛ. C. de bōis dā.
l. si vt pponis. Idē est ꝛ si q̄libet mō qs
amiserit ciuitatē: vt. ff. de capi. di. l. j. Li
cet bona dānatoꝝ hodie nō publicent sʒ
reseruantur generi vsq ad tertiū gradū
in ascendentib⁹ ꝛ descēdentib⁹: vt in auf.
vt nulli iudi. §. vlti. col. ix. ꝛ i auf. de mā
da. pnci. §. oportet. col. iii. Licet ḡ mona
chus nō agat nec ꝯuenia. si tñ delinquat
ꝯuenit sic deportat⁹ vt. ff. de penis aut
dāna. §. iter eos. ꝛ. l. in fuoꝝ. §. qđ em ꝛ
l. capitaliū. §. in exulib⁹. ꝛ. ff. de accu. l.
si cui. §. vl. ꝛ in auf. de sanc. epis. § si mo
nach⁹. ꝛ in auf. de nup. §. fm accusatio
nē col. iiii. Questio. Sed nunqd de añ cō
missis cōuenient. Rñ. in ciuilib⁹ cōueniet
monasterium: vt insti. de acqr. per arroga
tionē. In criminalibus aūt nō credo. cū
crimina monachatione sint extincta sicut
ꝛ peccata: vt in au. de monachis. in prin
ci. coll. i.

❡ Qui pro aliis possunt agere ꝛ qui non: et in quibus causis. Rubri.

1 Iconomus: sindicus: actor ꝛ procurator differunt inter se.

2 Procurator in criminali quare non interuenit.

Quia supra diximus de psonis q̄ p se interuenire nō pñt: restat vt de illis q̄ pro aliis pñt agere videamus ꝛ stare in iudicio tā ad agendū q̄ȝ ad defendendū. ❡ Et qdē stare pñt p aliis tutores
ꝛ curatores: ita tñ si iurauerint se cū lega
litate bona pupilli vel adulti tractare ꝛ
oēm eoꝝ vtilitatem agere vt in auf. vt hi
q obli. hēc. §. vl. col. vi. Si inuentariū fe
cerint: vt C. arbitriū tutele. l. vl. si satisde
derint legittimi. s. vel datur sine inqsitiōe
rē pupilli saluam fore: vt. C. de admistra.
tuto. l. vlti. C. de tuto. q nō satisdedit. l. in
dubiū. ꝛ. l. nō omniū. ꝛ. l. vlti. Dati aūt cū
inqsitione vel testamētarii nō satisdāt: vt
insti. de satisda. tuto. §. i. nisi in casib⁹ duo
b⁹. Satisdant dati cū inqsitione si faculta
tes pupilli sint vltra qngentos aureos: ꝛ
in alio casu: vt insti. de attiliano tutore. §.
vlt. ꝛ. C. de epali audi. de creationib⁹. Sʒ
qđ iuret tutor cautū legib⁹ nō inuenim⁹:
sed tñ de curato. vt in pdicta auf. vt hi
q obli. prohi. Sed qr eadē est rō in tutore
ꝛ maior q̄ȝ i curatore cū plura ibi cōmit
tunt. iō dicim⁹ tutorē iurare debere: vt
arg. C. de cōstitu pecu. l. vlt. ꝛ. ff. de fide
iussorib⁹ tutorū. l. fideiussores in fi. Prete
rea cauet in autentica de cur. ergo idē ꝛ
in tutore: qr nomen curatoris equiuoce
ponit ꝛ aliqñ pro tutore: vt in auf. vt de
bitrices matres ꝛ creditrices. in pnci. col.
vii ꝛ ff. de tute. ꝛ ratio. distra. si tutor. in
pnci. ꝛ hoc expresse cauetur in nouellis:
❡ Itē pcurator pro aliis iteruenire pōt
dūmodo cōstet de mādato: vel pstita cau
tione de rato si sit coniuncta psona: vt. ff.
de pcura. l. i. ꝛ. l. sed hec psone. ꝛ. l. pponi
us in fine. ꝛ notat plene de ħ in summa
de pcurato. ❡ Item actor a tutore vel
curatore constitutus ante litem contesta.
recte aget: vt institu. de curato. in fine. ꝛ
C. de procurat. l. neq. ❡ Item actor pro
vniuersitate recte agit ꝛ conuenit si sit a
duab⁹ partib⁹ elect⁹: vt. ff. quod cuiusq
vniuersitatis. l. nulli. ❡ Item recte agit
yconomus p epō vel pro vniuersitate ca
nonicoꝝ: vt. C. de sacrosan. ec. iubemus.
ꝛ. C. de epis ꝛ cle. l. iubem⁹. ❡ Itē sindi
cus p vniuersitate ꝛ sine tractatu epi: vt
ff. qđ cuiusq vniuersi. l. itē eoꝝ. §. si decu
riōes quē sindicū defēsorē appellam⁹: vt
1 ff. de mu. ꝛ ho. l. iiii. §. defensores. † Et sic
differūt yconom⁹: sindic⁹: actor ꝛ pcura

Si vero ex causa necessitatis: non: vt. ff. de procura. l seruũ. §. vltimo. z. l. siquis. z. l. pater. z. ff. de regu. iur. ex qua psona.

¶ Qualiter iudicium declinetur ratione feriarum z ratione fori. Rubrica.

1 Causam si scholaris vel miles habeat: an feriaꝝ tempore iudiciũ declinabit.

2 Domicilia litigans quot habere possit.

3 Domiciliũ originale an. qs mutare possit.

Diximus supra de psonis per quas ordinat iudicium. verꝫ qꝛ iudiciũ declinat z rõne feriaꝝ z alijs de causis. io videam⁹ cãs qb⁹ foꝝ seu iudiciũ declinat. Primo de ferijs videam⁹. ¶ Sciẽdũ est q̄ tpe vidẽmiarũ vel messiũ nõ vocat quis ad iudiciũ. z si vocat ire nõ cogit. z si sententia lata fuerit non tenebit nisi fiat de cõsensu partiũ: vt. ff. de ferijs. l. j. Indicunt ille ferie geminis mẽsib⁹ duobus in estate pro messibus: z duobus pro vindemijs: vt. C. de ferijs. l. publicas. z l. oẽs dies. In qbusdã tamen prouincijs illi mẽses aliquãdo citius aliqñ tardius indicunt f̃m q̄ citius z tardius hꝫ fieri messis z vindemia. Vñ potestas z preses indicere põt illas ferias scdm consuetudinẽ regionũ. vt. ff. de officio procõsulis l. si in aliã. de nouo aũt non indicet: vt. C. de ferijs. l. a nullo. Questio. † Quid ergo 1 si scolaris vel miles habeat cãm: nũquid declinabit iudicium tẽpore feriaꝝ: videt q̄ nõ: qꝛ cessat legis ratio: ne occupati rẽ vt. ff. de ferijs. l. j. Contrariũ tñ est z indu ci potest illud gñale cessante cã nõ cessat effectus: maxime qꝛ illa causa fuit impulsiua: vt. ff. de postulã. l. j. §. serum. z quia generalitati standũ est: vt dicit aliud generale: vt. ff. de seruitu. vrbano. predio. l. si seruus. In casib⁹ tamẽ reperio quod etiam tẽpore feriaꝝ agitur. qui casus notant. ff. de ferijs. l. i. in fine. z. l. ii. z. l. iii. z. C. de ferijs puinciaꝝ. ¶ Sũt autem certi dies feriati sicut dicit lex. C. de ferijs. l. publicas. z. l. oẽs. z. l. vr. fer. Et has ferias vocamus oẽs solẽnes. Sũt autẽ alie repẽtine ĩ q̄ pot. stas vel preses indicit: z illis diebus non reddit ius: vt C. de ferijs. l. i. z. ii. ex qbus causis maio reo. l. sed si per pretorẽ. C. si ferie. ¶ Itẽ declinatur iudiciũ etiã rõne fori si nõ i m ex illo foro vnde iudex est: vt. ff. de iurisd. omni. iudic. l. vltima. z. ff. si qs in ius vocatus nõ ierit. l. i. z. ii. z. ff. de iudicijs. l. siqs ex aliena. Verũtamẽ foꝝ nõ suũ sortiut aliqs z facit suũ multis de causis. z rõne delicti: z rõne cõtractus: sicut plene de hoc notat in summa de iurisdictione oium iudi. z de foro cõpetẽti: z notatur in distinctione Iohã. que sic incipit. Sortit quis forũ rõne accusationis: vt. C. vbi in rem actio. l. vltima. Item rõne contractus: vt. ff. de iudicijs herco. §. si qs tute. z dicit ibi quis cõtrahere vbi quis se solutorũ cõstituit: vt. ff. de bonis auctoritate iudi. possidẽ. l. iii. Ratione domicilij: vt. C. vbi de ratiocinijs agi oportet. l. i. z ff. bo. aucto. iudi. pos. l. i. z. ii. z ibi quis dꝛ hr̃e domiciliũ vbi contulit summa oium fortunarũ suaꝝ z inde non sit discessurus z si nihil aliud a uocet: vt C. de incolis. lib. x. l. ciues. z. ff. ad municipales. l. domiciliũ. si enim solã domũ possideat in ciuitate vel in villa non ppterea dicet habere domiciliũ: vt. ff. ad municipales. l. libertus. §. sola. nisi habitauerit ibi per decenniũ etiã causa studij: vt in illo lib. C. de incolis. l. ii. vnde multi scolares facti sunt ciues Bononĩ. quia vltra decẽ ãnos ibi morã traxerunt z fere in etate decrepita volunt cõsumare dies suos: z vtinã contingat: arcus vbi viget hodie studium translatũ. † ¶ Potest ergo quis habere 2 duo domicil. a: tertiũ non: z sine domicilio potest qs esse: vt. ff. ad municipales. l. eius qui. §. i. z. ii. z. l. assumptio. §. iuris. Verũ si quis hꝫ domiciliũ rõne originis illud mutare non põt: vt. ff. ad munici. l. assumptio. in pn. nisi eximat puilegio dignitatis: vt. ff. ad muni. l. filij. §. senatores. z. l. municipes. Domiciliũ aũt quod hꝫ qs rõne incolatus mutare põt. cũ enĩ ex sola volũtate cõstituat cõtraria voluntate tollit: vt ar. ff. de reg. iur. l. nihil tam 3 naturale. Oppositio. † Sed videt q̄ etiã originale domiciliũ posit qs mutare: vt ff. a. [illegible] l. placet. z. l. nõ tamen. z. l. si

bertus.§.patrio.hoc intelligēdū est qñ ciuitas p̄rio passa fuit capitis diminutionē: vt Troia. ita ergo qs hȝ duo domicilia, si in illis duobus equaliter cōuersetur: equaliter colit dies festiuos. si autem in vno plus q̄ in alio in eo loco in quo plus habet ibi domicilium habet in alio incola est: vt. ff. ad munici. l. labeo indicat: ꝛ l. eius qui. §. j. ꝛ iij. ¶ Rōne delicti: vt C. vbi de crimine agi oportet. l. j. ꝛ aut. q̄ in ꝓuincia ¶ Ratione possessiōis: vt. C. vbi in rem actio. l. ii. ¶ Rōne consensus: vt. ff. de iudi. l. i. ꝛ ii. ¶ Rōne cōuētionis vt. C. de sen. ꝛ interlo. l. cū papi. ¶ Rōne negociationis: vt. ff. de iudi. h. r. s. §. siqs tutelam. ¶ Rōne vltime volūtatis: vt. ff. de iudi. l. heres. in prin. ꝛ l. is. qui rome. ¶ Rōne administrationis: vt. ff. de iudi. heres. §. siqs tu. ¶ Rōne ꝓfessionis: vt in aut. vt clerici apud proprios epōs cō. col. vj. ¶ Rōne cōstitutiōis: vt. ff. ad mu nici. l. nō vtiqȝ. ¶ Rōne originis: vt. ff. ad munici. l. assumptio. §. filius. ¶ Ratione manumissionis: vt. ff. ad munici. l. siqs. ꝛ l. eius qui in ꝓnci. ¶ Rōne militie: vt. ff. ad munici. l. municipes. §. miles. ¶ Rōne tp̄is: vt. C. x. li. de incol. l. ii. ¶ Rōne dignitatis: vt ff. ad mu. filij. ¶ Rōne matrimonii: vt. ff. ad munici. de iure. §. vlt. ꝛ. l ea q̄. ꝛ. ff. de iurisdi. om. iudi. l. cū qdā. Et hec qdē locū habēt de recusatiōe fori in aliis ciuitatibus vel locis. In Roma cessant: Roma enim cōmunis patria est: vt. ff. ad munici. roma. ¶ Sūt ꝛ alie cause per quas quis potest declinare forum: multis de causis: per quas non potest etiā quis in ius vocari: vt notatur in summa. C. de in ius vocando.

¶ Qualiter incipiatur iudicium ꝛ de summa libellorum. Rubrica.

1 Libellus in litis inceptione porrigitur.

Quia ea q̄ supius diximꝰ sūt quedā ꝓparatoria iudicioꝝ. ideo illis visis videamus qualiter iudicium incipiatur.

1 † Utrum qȝ inceptione libellus porrigit: iō libelloꝝ materia tractat. ¶ Primo videamus q̄ sit libellus. ¶ Scdo qbus modis accipiat. ¶ Tertio vbi offerat. ¶ Quarto cui ꝛ a quo. ¶ Quinto in qbus causis. ¶ Itē que cōtinere debeat libellus. ¶ Itē si libellus oblatus possit emēdari vel mutari. ¶ Itē qs sit effectꝰ libelli oblati. ¶ Itē qualiter cōcipi debeat libellus super qualibet actione.

¶ Quid sit libellus. Rubrica.

1 Libellus vnde dicatur.

Libellus est breuis cartula petitionis cām ꝛ actionē cōtinens ꝓponētis. Uel aliter libellus est explanatio volūtatis intrinsece in scriptis redacta cū actionē ꝛ eius accidentijs. Uel aliter libellus est breuis petitio in scriptis habita voluntatem legittimam ꝓponentis ostendens. Uel aliter libellus est breuis petitio i. q̄ua quis aduersarū suū dicit sibi obligatum legitime coram iudice in scriptis: habita verba singula in diffinitionibꝰ posita pōdus habent sicut patebit. j. in illa rubrica q̄ dr continere libellus. † Dr aūt libellus a libro. qȝ est eius nomen diminutiuū ꝛ hoc ꝓpter paruitatē: sicut dicit: quē recitas meus est offerri libellus. sed male cū recitas incipit eē tuus: sic codicillꝰ. i. puus codex q deriuat a codice: ethimologizat libellus velutꝰ q̄si lucidus luis limes. dr aūt libellus a libro q est codex: nam liber est codex vel raptus ab arbore cortex. liber. i bacus vel vir sine cōpede natus. sicut enim sub cortice cōtinet medulla: ita sub libello intentio ꝓponentis. vel dr libellus a libra. sicut enim in libra pōderat iusticia: ita in libello ponderat ꝛ inquirit iusticia ꝛ intentio ꝓponentis. vel dr libellus a librādo: qȝ in codē deliberat reus vtrū cedat an contendat.

¶ Quibus modis accipit libellus. Rubri.

1 Libellus inscriptionis i cā criminali dr.

Accipitur aūt libellus multis modis. Primo enim ponitur pro paruo libello: vt supra dixi in rubrica proxima. ponitur aliquando pro pane subcinericio: vt. C. de epāli au. l. iudices: ponitur pro codicillo: vt. ff. de tabulis exhibēdis. l. j. in princi. ponit etiā ꝓ supplicatione facta princip. vt C. quando libellus pel. datus. l. fi. ꝛ in rubrica ꝛ in nigro. ꝛ. ff. de

arbitris non distinguemus.§.cum qui/
dam.ponitur etiam libellus pro aptis.i.
litteris dimissoriis: vt dicit rubrica.ff.de
libel.dimissoriis.l.vnica. ponit etiam li-
bellus pro quadam breui petitione in scri
ptis redacta vbi obligatio et actio conti/
net vt in superiori ru. distinxi. et iste talis
libellus appellat quedā breuis cartula
que cartula breuis vocatur a lege libel/
lus conuentionalis: vt in auf. de exhiben.
8 et intro.reis.coll' v.§ sancimus. † In cau/
sa aūt criminali dr libellus inscriptionis:
vt.ff.de accu.libellorum.et.C.qui accusare
non possunt.l.qui crimen publicum. In
causa ciuili dr libellus conuentionalis: vt
in auf.de litig.coll' viii.§.si vero. In qui
busdā aūt locis dr libellus petitio sicut
Rome. In quibusdam autem sicut bono/
nie dr reclamatio. In quibusdam sicut
aretii dr libellus. Ponitur etiā libellus
pro libellis appellatoriis qui dant iudi/
ci a quo appellatur: vt.ff.de appel.l.i.§.
libelli. et.C.de appella.l.siquis libellos.
Ponitur etiā libellus pro sepulchris si/
cut in quibusdam prouinciis et ciuitatib⁹
dicitur hic est libellus.i.sepulchrū talis.

¶ In quo loco offerat libellus. Rubrica.

1 Libellus in multis prouintiis per consue
tudinem in contrarium non offertur.

Offertur autem libellus in iudicio.i.in
loco vbi ius redditur: vt.ff.de insti. et
iure.l.pe. Offertur libellus per totā
Italiam fere. et in curia etiam romana.
fere ideo dixi.propter apuliam que licet
in Italia contineat: vt.ff.de verbo.signifi.
l.nonone.§.i.tamen ibi libellus nō offer/
tur nisi in sola facundissima et nobilissima
ciuitate Beneuentana vnde mihi origo ē.
In aliis aūt prouinciis libellus nō offer/
tur: sicut a sociis prouincialibus intellexi.
8 † Sed fm iura debet semper libellus of/
ferri.sed p cōsuetudinē cōriā in multis p/
uinciis et ciuitatib⁹ vt dictū est derogat.

¶ Apud quos debeat offerri libellus. Rub.

8 Ius suum per pactum quilibet deterius
constituere potest.

Apud q̄s aūt offerat libel. sciēdum est.
Et certe offert libellus apud iudices
et in iudicio: vt.C.de lit.pte.auf. offerat:
siue sint iudices ordinarii siue delegati si/
ue maiores siue minores fm q. ā. diximus
de iudicib⁹ minorib⁹ vl' maiorib⁹: vt.C.
de litig.auf. litigiosa res. Itē coram arbi
tris offert libel. vt.C.de arbi.l.penl'.cir/
ca fi.nā si offert i iudiciis ḡ et in arbitriis
cū arbitria redacta sunt ad instar iu. icio
rū: vt.ff de arbi.l.i.et ar.C.de iudi.l.rē nō
nouā: nā ibi parificant arb.tri et iudices.
Oppositio. Sed videt cōtra.C.de epi.et
cleri.auf.generaliter.in fi.ibi nisi cā mo/
ueat ex ꝯsensu vtriusq partis. quā lectu/
rā exponūt pleriq.i.nisi cā moueat corā
arbitris q̄si hec sit itētio: est offerēd⁹ lib.
et alia faciēda vez est i iudicio ordinario
nō āt corā arbitris. sz hec expō nō placz.
vñ ita expone: nisi cā moueat.i.nisi p̄di/
cta cautio quā dicit p̄stādā seu interponē
dā auc.illa ḡnalr remittit ex ꝯsensu vtri/
usq ptis.l.q neutra ps iubet alteri p̄sta/
re p̄dictā cautionē: nūq.n.auf ḡnalr fa/
cit mētionē q debeat offerri lib. sz dicit
q lib.nō det antēq̄ cautiōes iterponant
1 scilicet de decima pte litis p̄standa. † pōt
enim q̄libet p pactū ius suū ꝯstituere de/
terius: vt.ff.de mino.si iudex.et.ff.de pa/
ctis.pactū.et.ff.de edi.edi.l.q̄rit.§.si vē
ditor q̄d.n.nō sit dādus lib.corā arbitro
pbat.certū est q lib.dat ad h vt re⁹ de
liberet cedat an cōtēdat: vt.C.de lit.ptest.
auf.offerat.et.ff.de eden.l.i.ḡ hec est cā
q̄re dat lib.vt sciamus si vult cedere vl'
cōtēdere: at in arbitrio certū est q ptes
volūt cōtendere ex q̄ arbitrū elegerūt vñ
a modo i certis nō est locus coniecturis:
vt in auf.de resti.et ea q̄ pa. in.xi.mense.
col.iiii.et ff.de.r.ob.l.cōtinuus.et sic lib.
nō est dandus: nā remota cā remouet effē
ctus: vt.ff.de adop.in oi fere.et dicit hoc
generale. Sed rñdet q nō est sola cā q̄re
lib.dat.s.vt cedat an cōtendat. sz dat p
pter illud et ppter aliud: vt si veniat ad cō
tendēdū q̄liter possit eē instructus ad rñ/
dēdū: vt.ff.de eden.l.i. Itē fit lib. vt scia
tur vtrū cōpetēs actio sit pposita vt si cō
petēs: cōdēnet re⁹.si icōpetēs absoluat:
vt.ff.si agri mensor.fa.mo.dixerit l.i.

¶ A quo offeratur libellus ꝛ cui. Rubrica.
1 Libellus iudici an actori offerri debeat.
2 Iudicis officio aduersarium ad solutionem compelli peti debet.

Offert auté libellus ab actore in causa ciuili. ab accusatore in cã criminali.
1 Questio. † Sed cui offerat̃ vtrũ reo an iudici querit̃. ꝛ aut. vr̃ velle ꝙ ipsi reo: vt auf. offerat̃ ei. ꝛ hoc seruat̃ in pluribus ciuitatib⁹: tutius tñ credo ꝙ lib. offerat̃ iudici ꝛ postea iudex faciat copiã pti vt in auf. de litig. q̃ est posita. C. de litig. auf. litigiosa res est. principaliter eni lib. datur iudici ꝛ secũdario pti vel reo. Nõ ne ita cõcipies libellũ. Uobis. d: P. conquero: ego. R. de. M. ꝛc. Certe sic actionẽ intentans peti offm̃ iudicis tan̄q̄ mercennariũ quod deseruit actioni: vt. C. de posit. l. iiii. vt cõpellat aduersariũ adimplere illa q̇ petis siue petas ꝑ officiũ iudicis tan̄q̄ principale vt in restitutionib⁹:
2 vt. ff. de mino. ꝙ si minor. §. vlti. † semp enim petas ꝑ officiũ iudicis aduersariũ ad solutionẽ cõpelli. parũ enim esset obligationis vinculũ nec pdesset actio ex obligatiõe descẽdens nisi officiũ iudicis eẽt i cã. ꝛ sic videmus de facto vbiq3 fieri vbicũq3 porrigit̃ libellus qđ iudici daf̃ ꝛ iudex in q̃ternis cõitatis facit scribi ꝛ libellũ retinet apud se. ꝛ facit copiã iudex reo vel accusato quod debeat exemplare: ꝛ ẽ rõ. si enim daref̃ libellus reo: ꝛ nõ iudici illud sequeref̃ absurdũ ꝙ reus forte mutaret libellũ vel aliquid adderet vel detraheret: ꝛ sic posset eẽ dubiũ. Uerũ si iudex habeat libellũ apud se licet reus vellet cõmittere malitiã tñ nõ posset iudice ostẽdẽte libellũ originalẽ sicut sepe de facto vidi hoc in iudiciis agitari.

¶ In qb⁹ causis offerat̃ libellus. Rubrica
1 Cause viles intelliguntur minores duobus aureis.
2 Libellus ne detur an possit pacto ꝛ volũtate partiũ remitti.

Et q2 forte quis crederet ꝙ in oib⁹ causis daref̃ libellus. Ideo videamus in quibus litibus libellus debeat dari: ꝛ in quibus nõ. ¶ Igit̃ iure veteri nõ erat libellus necessarius vt ꝓbatur subtiliter. ff. de eden. l. i. §. edere. ꝛ §. cũ quoq3. nisi in cõuentione illustrium personaꝝ. tunc enim libellus erat necessarius: vt. C. de dignitatibus. li. xii. l. quotiens. ꝛ hec vera erant in causis ciuilibus. in criminalibus enim etiã iure veteri necessaria erat scriptura: siue crimen erat priuatum siue publicũ. ꝛ etiã illud obtinet hodie regulariter: vt. ff. de priuatis delictis. l. fi. ꝛ. ff. de fur. l. vlti. ꝛ de accusa. l. libelloꝝ. ꝛ. C. qui accusare nõ possunt l. qui crimẽ. ꝛ locum etiam habet hodie in ciuilibus regulariter vt offerat̃ semp libellus: vt. C. de lit. contesta. auf. offerat̃. ¶ Uerũ vtrũq3 fallit ꝙ in ciuilibus ꝛ in criminalibus ꝗbusdã non desiderat̃ libellus. Ecce enim si breues sunt lites: ꝛ maxime viliũ causarum tractant̃ sine libello: vt i auf. de mãdatis princi. coll. iii. §. sit tibi quoq3 tertiũ stu. tiũ. ꝛ est posita. C. de sentẽ. experi-
1 rẽdi. l. vlti. † viles autẽ causas intellige minores duobus aureis: vt. ff. de dolo. l. si oleuz. in fi. ꝛ. l. sequẽti. vel cõmittit̃ hoc arbitrio iudicis: vt. ff. de iure deliberãdi. l. i. Inspiciet enim iudex qualitatẽ personaꝝ ꝛ cause quãtitatẽ. ar. ff. de trãsac. l. cũ hi. §. sed ꝛ personaꝝ. ꝛ ff. de vsu ꝛ ha. l. plenũ. §. i. ¶ Itẽ fallit regula qñ ep̃us cognoscit inter clericos sibi subiectos: vt i auf. vt cleri. apud propri. ep̃os cõ. §. i. coll. vii. ¶ Itẽ fallit qñ ep̃us cõprehendit presidẽ fugientẽ accusatores enim cõtra eũ ex nõ scripto audiunt̃. vt in auf. vt iudices sine quoquo suffra. coll. ii. §. necessitatem. ¶ Itẽ ᵬm quosdã fallit si partes velint consentire: vt in auf. generaliter. in fi. licet auf. illa aliter ꝛ aliter intelligat̃. ¶ Item adducunt quidã aliũ casum. xi. li. C. de naufragiis. l. de submersis. sed illa nõ facit ad causam: nã ibi iudex debet cognoscere siue ꝑ libellũ tñ interpellet̃ ꝛ illud est casuale: siue plenaria interpellatione. i. cõtestatione facta ꝛ causa plene examinata. ¶ Item fallit in quibusdã criminib⁹: vt in crimie abigeatus: vt. C. de abigeis. l. i. ¶ Itẽ fallit in crimine suspecti: vt. ff. de suspe. tuto. l. ii.

§.non tm. ¶ Item fallit in criminibus notorijs: vt.C.de accu'a.l.ea quidem. ¶ Ité fallit ẜm quosdá in leuibus criminibus: vt.ff.de accusa.leuia. sed littera illa nó facit ꝑ hoc: qꝛ dicit in talib⁹ de plano cognoscendú: est enim intelligendú de plano.i.summarum.i.sine magna inquisitione: vel aliter de plano.i.iudice nó sedéte ꝑ tribunali.ná licet de plano adeaẜ iudex tñ libelli⁹ daẜ: vt.ff.ad.l.iul'.de adul'. l.miles.§.lex. ¶ Ité fallit in oibus criminib⁹ vbi qs sine accusatione dánaẜ: vt i crimie lenocinij: vt.ff.ad.l.iul'.ð adul'. l.ij.§.si publico. Sed posset rñderi ꝙ crimen erat i modú exceptióis oppositú vñ libellus nó fuit necessarius lꝫ pena fuisset interposita: sicut cótingit i crimine calúnie: nam ꝛ ibi iudex sine accusatore ꝑ se ꝑ hie pót pená imponere: vt.C.de calum. l.j. Idé est in carta falsa: ꝛ in teste falso ꝑducto corá iudice: ná ꝛ iudex punit sine accusatore: vt.C.de proba.l.vlti.ꝛ.C.de testibus.l.nullú. Ité dicebat.B.in crimine falsi vbi etiá incidéter mota qóne puniẜ: vt.C.de falsis.vbi: lꝫ dño Jo.visum fuit cótrariú ná in.l.illa vbi.nó incidéter sed principaliter falsi questio mouebaẜ. Sed dño meo videẜ ꝙ in oibus ꝑdictis criminib⁹ possit iudex ex officio suo dánare tñ si accusator aliqs accedit necessarius est libellus: sicut vides in simili si liquet aliquid sibi tanq̄ iudici pót ipse iudicare vt dicit vnú generale. vt ar.ff.finiú regú.l. si irruptione. sed tñ si aliqs vellet petere ꝙ reus códénareẜ de eo qð liquebat iudici probare debet. Et est in ea'sententia dominus meus ꝙ semper libellus sit offeréđus in criminibus ꝑterq̄ in crimine abigeatus: ꝛ crimine suspecti. ꝛ crimine notorio: ꝛ crimine apostataꝝ: ꝛ ꝑterq̄ in casu q ponit'.C.de iudeis.l.ne quis. sed sua deri posset ꝙ cú solus iudex possit ex offó suo códemnare multo fortius pót cú accusatore. ná faciút duo qð nequit vnú ꝛ ꝛ que nó ꝓsunt singula ꝛc. vt.C.de testamétis.l.sancimus. ꝛ.C.de trásac.l.si qs maior. ¶ Ité fallit regula vbicunq̄ mulier admittiẜ ad accusandú qð ibi libell⁹ nó est necessari⁹: vt.C.q accusare nó possunt.l.de crimine. licet lex illa possit intelligi ꝙ mulier debeat iscribere: verútamé nó teneẜ subscribere.s.se subiturá pená calúnie si in probatione defecerit sicut subscribút accusatores: vt.C.de accusa.l.vlt. Sicut video in marito: qꝛ si accusat iure mariti teneẜ inscribere verꝫ non tenetur subscribere vt.C.ad.l.iul'.de adul.l.iure mariti.ꝛ.l.q̄ uis.

2 † Qð. Sed illud queritur an possit de pacto ꝛ volútate partiú remitti ne daretur libellus. videtur ꝙ nó quia non propter vtilitatem partium sed de iure publico est inductú vñ nó remittiẜ vt in sacro calúnie qð nó pót remitti: vt.C.de iureiu.ꝑꝑ calú.da.l.ij.§.sꝫ qꝛ veremur. ꝛ sic est in milite: vt.ff.de ꝑcura. filiusfa.ꝛ hoc dixe sút plerique prudentes. Sꝫ tñ dño meo videbaẜ ecóuerso: vt ar. C.de epis ꝛ cle.aut.gñalr in fi.ꝛ legú auctoritas pactis litigátiú mitigaẜ: vt.C.ð tꝑib⁹ ap.l.vl.i fi.nec.n.tm̄ periculú est in remissióe libelli q̄tú est in remissióe sacri. Si.n.sacrm remittereẜ iudex plene veritaté indagare nó posset. at sine scriptura bene possuꝫ ꝓponere actioné ꝛ plene pót instrui reus. vt vbi grá. peto.ꝛ.actióe ex empto qꝛ equú tibi vendidi. Cú ẜ sit sñia dñi mei ꝙ possit libelli scriptura ꝑ pactú remitti. seqẜ ẜ ꝙ ꝑ cósuetudiné pꝫ sit remitti. vbicúq̄ enim aliqd ꝑ pactú remitti pót etiá ꝑ ꝯsuetudiné tolli pót: vt notaẜ: C.q̄ sit lóga ꝯsu.l.ij.ꝛ sic nó peccát multú quedá ꝓuincie in qb⁹ libelli nó dantur.

¶ Que debeat continere libellus. Rubrica.

1 Statutú in ciuitate aretina disponit: ꝙ ois cá determinato tꝑe finiatur.

2 Libelli forma q̄ ad ea q̄ ꝯtinere debeat.

AD conceptioné libelli faciendá sciédú est q̄ debeat cótinere libellus vt sit format⁹legitime. Uñ nota ꝙ ois libell⁹ qui porrigiẜ i causis ciuilib⁹ tria cótinere debet: vt factú bene recitetur qð appellaẜ causa. Ité obligatio ꝛ actio ex obligatione descendens: in qualibet enim actióe ista tria cóueniunt. primo factum. scilicet emere vendere ꝛ talia: ista enim facti sút: vt.ff.de cura.furio.l.cósilio. ¶ Secúdo

obligatio que ex illo facto descendit. nam obligatio est iuris vinculū quo necessitate astringimur alicuius rei soluēde causa vt insti. de obl. in prin. ℂ Tertio debet cōtinere ex obligatione actionē descēdentē tanq̄ de matre filiā: nā actio est ius persequēdi in iudicio qd sibi debet: vt insti. de actio. in prin. debet etiā cōtinere rē vel quantitatē quā petimus: sicut. j. notabo. Item debet cōtinere die dati libelli vt perinde sciamus vtrū. xx. dies sint elapsi vel nō: vt. C. de lit. cōtest. auf. offeras. dz etiā cōtineri annus: mēsis: ꝛ nomē imperatoris: vel pape si terra illa subiecta est pape. ar. C. lib. x. de apochis publi. l. j. vt per hoc sciamus vtrū trienniū sit elapsum seu trāsactū quo per iȷ̄t instantia iudicij in ciuilibus: vt. C. de iudi. pperā. vel sit transactū bieniū q̄ perit instātia iudicij in criminalibus: vt. C. vt īfra certū tp̄s cri. mi. l. vlt. vel vtrū transacti sint. xl. dies infra
1 quos s̄m statuta ciuitatū dz cā finiri. † sicut statutū dicit in ciuitate nobili aretina: dz etiā cōtinere nomē agētis ꝛ nomē illius cōtra quē pponit: dz etiā cōtinere nomē iudicis corā q̄ pponit libellus. ℂ Unde ita recte cōcipies libellum. Libellus.
2 † Uobis dño. A. pote. are. cōque. e. R. de M. a q̄ peto. x. actiōe ex emptoꝛ: qꝛ equū sibi vēdidi Anno dñi. M. cc. xxvij. mēsis nouēbris tertia die existēte Hono. papa. vel rsidēte impatore Frederico. ℂ Item anni dñi debet apponi in ipso bello sꝫ tabelliones nr̄i tp̄is q oīa i scriptis redigūt qꝛ statim ex q̄ dat libellus: ꝛ si anni dñi nō apponant tn̄ scribūt annos mēsem ꝛ diē inquātenus cōitatis sicut tota die quilibet p totā lombardiā ꝛ tusciam pōt videre. ideo anni dñi nomē imperatoris. vel pape omittunt. sed in partibus illis vbi nō sunt tabelliones qui scribunt ita in actis communitatis sicut contingit in ciuitate mea beneuentana concipitur libellus vt dictum est.

ℂ De cā agēdi ꝛ actione edenda. Rubrica.

1 Actio incōpetēs si pponat quare secūdū iura absolutio sequi debeat.
2 Actiones plures an ex vno facto oriant.

Quia diximus q libellus dz cōtinerē actionē ꝛ cām agēdi vel factū: qꝛ circa actionē pponendā est diuersitas inter. P. ꝛ suos sequaces. ꝛ iter dñm Jo. ꝛ suos sequaces. ideo de hoc breuiter dicemus argumēta ꝛ leges p que vtraq̄ sn̄ia iuuet ꝛ qd hodie obtineat. Fuit dñs. P. in ea sn̄ia vt nomē actionis nō exprimat sed tm̄ cā. vbi gr̄a. peto a te. x. que tibi mutaui. vl' peto a te. x. qꝛ equū tibi vēdidi. ꝛ sic s̄m eum videbat q actio ꝛ cā agēdi idē eēt. facit p. P. q sola cā pponat. qd legit insti. de acti §. j. in fi. nā qui rē suam esse dicit in rē est actio. ꝛ sic scriptū reliquit in summa sua tit. de actionibus. ꝛ sic s̄m eū quilibet rusticus facere sciret libellū ꝛ cōpetentē actionē pponere: ꝛ sic nunq̄ incōpetēs actio pponi posset. ℂ Nō.
1 † Quid est ḡ q leges dicūt q si actio incōpetens pponat sequi dz absolutio: vt. ff. si agri mēsoꝛ falsum modū dixerit. l. j. itē alibi dr̄ q debet aduocatus cōpetentē ꝛ aptā actionē negocio pponere: vt. C. de for. ꝛ impe sub. l. ij. itē s̄m eū nō esset necessariū istud opus cū qlibet sciret formare libellos. qd enim P la. p se inducit: ita intellige in rē est actio subaudi pponēda puta rei vendicatio. ꝛ silia vba inueniens: fur tenet hac actiōe si apparet eū dare facere oportere: vt insti. de ac. §. sic itaq̄ nō tn̄ illa vba sunt actio: nec nomē denotant actionis. Itē alibi q certā pecuniā numeratā petit vtit illa actiōe si certū petat: vt ff. de trit. l. j. nō tn̄ illa vba sunt actio. Unde p̄dicta sn̄ia. P. nō placuit dño ꝛ preceptori meo. R. nec dño Jo. nec dño Azo. sunt aūt ipsi i ea sententia vt speciale nomen actionis in libello proponat: vt. ff. de eden. l. j. in princi. ꝛ. C. de eden. edita. ꝛ C. de interdic. l. vlti. ꝛ. ff de admi. tuto. l. q̄rē. §. itē si tpali. ꝛ. ff. de neg. gest. si pupilli. in fi. Itē lex dicit aliqn̄ incōpetentē act. pponi: vt isti. vi bonoꝝ raptoꝝ. ꝛ hāc sn̄iam seruat Johā. ꝛ elegās pisanoꝝ ciuitas pādectaꝝ iuris fidelissima gubernatrix si enim. P. sn̄ia obtineret iā nemo cōpelleret ad actionē eligendā. sed iura dicunt q cōpellat quis actionē eligere: vt

ff. de leg. ij. l. cū filiꝰ. §. varijs: ⁊ ff. de tributoria qȯ in heredē. §. eligere. qȯ semper quis facere dꝫ nisi sit de iure suo incertus: vt. ff. quoꝝ legatoꝝ. l. j. ij. rñso. ⁊ de hoc notat plene dñs meꝰ in pdicto. § eligere. secūdm enim. p. sufficiet talis libellꝰ. peto fundū q fuit mihi legatꝰ in testō talis. Itē peto a te dño. x. qꝛ ꝯtraxi cū seruo tuo qȯ
2 dicere eēt absurdū. † Fuerūt aūt pleriqꝫ prudētes i ea sñia vt dicāt referre vtrū ex vno facto oriant plures actiōes: an vna. si plures vt ex incisione arboꝝ ex q̄ orit interdictū qȯ vi aut clam. itē actio legis aquil. Itē arboꝝ furtim cesaꝝ: vt. ff. arboꝝ furtim cesaꝝ. l. si colonus. ⁊ l. penl. ⁊ ff. qȯ vi aut clā si īmaturā. Itē i societate si furtū cōmittat ⁊ p socio ⁊ furti locū hꝫ vt. ff. p socio. l. rei cōis noie. tūc actio est pponēda vt certificet reꝰ: vt. ff. ð act. ⁊ obli. plura idē i co. ti. l. q seruū. ff. de priuatis delictis. l. nunq̄. ⁊ sic cōcordāt sñie Io. Si vo vnica actio ex ꝯtu descēdat: puta vēdidi tibi equū: vna sola orit. s. ex vēdito sufficit si factū pponat ⁊ sic concordāt sñie. p. Alij voluerūt distinguere vtrū tales actiōes descēdāt ex ꝯtu quarū euētus ꝯrius est: vt. C. de fur. l. j. ⁊ C. si seruus ex se emi mā. l. j. ⁊ ff. fami. herc. l. puto. § vlti. tūc est actio eligēda al's nō. ⁊ ita itelligit. l. ff. de edēdo. l. j. in princi. Sed hoꝝ sñia mihi displicet siue enim diuerse sunt actiōes ⁊ nō ꝯrie vt i illo. §. eligere. de tributoria dꝫ qui agit exprimere actionē: siue sunt ꝯrie. dꝫ etiā exprimere actionē. Dño aūt meo vɨ aliter de nouo dicendū: vt si factū hñ pponat sufficit quātū ad editionē actiōis. Vbi gr̄a. peto. x. qꝛ vēdidi equū. Nec. n. dicit vt. p. ꝙ cā vel factū sit actio sed dicit ꝙ sufficit factū bene pponere ⁊ si actio nō pponat: actio. n. ideo dꝫ edi vt reus possit eē instructus: vt ff. de edēdo. l. j. At ita bene instruit reus si dico: peto. x. qꝛ equū vendidi: vel peto. x. actione ex empto. Nihil. n. interest vtrum qd ex equipollētibꝰ fiat: vt. ff. de v. obl. l. cū seruus. ⁊ ff. de peti. her. l. itē veniūt. §. a q̄. ⁊ C. de insti. ⁊ substi. sub cō. factis. l. si mater. Sñia eīm. p. non placet: qꝛ iam idem esset mater ⁊ filia ⁊ econuerso: nā ex facto. s. emere sequit obligatio ex obligatione actio sicut de hoc plene notat dñs meus in summa de edendo.

¶ De causa agendi. Rubrica.

1 Aduocatus an semper literaliter proponere debeat.

ET quia edita actione nō sufficit nisi causa edatur ideo diximus causam in libello debere proponi. quod sit proponenda dicit. l. C. de edicto diui. adria. tolen. l. vltima. ⁊ ff. de transac. cum hi. §. in hac causa. arg. C. l. xj. ð apochis pu. l. j. Oppositio. Sed videt cōtra C. de annali excep. l. vlti. Respō. ibi libellus fuit de voluntate receptus qꝛ cōfidebat de iure suo: sed ꝙ diximus causam edendam est veꝝ generaliter in actionibus personalibus: in realibus aūt sufficit si actio proponat: puta peto rem talem rei vendi. sicut infra plenius notabimus: at in personali nihil sonaret libellus iste peto. x. actione ex empto. vñ merito causa est inferenda vt reus
1 possit instrui sicut dictum est † Nam questio quedā format ⁊ multotiens dubitat vtrū aduocatus debeat ita pponere semper litteraliter pone qȯ ex aliq̄ parte sint ali q laici ⁊ idiote: ⁊ ex alia est aliqs litteratus: vtrū debeat pponere litteratus ita ꝙ intelligat ab idiota. videt ꝙ sic. nam ad hoc vt inuicē cōtrahat obligatio debent se intelligere contrahentes: vt. ff. de vbo. obli. l. j. Itē ita dꝫ edi. actio vt reus intelligat ⁊ possit esse instructus: vt. ff. de eden. l. j. Item qui obscure proponit perinde ē: ac si nihil pponeret: vt. ff. de iterro. act. l. de etate. §. nihil interest. Ecōtra vɨ ꝙ nō debeat proponere vulgariter sed literaliter si iudex qui sedet in medio est literatus: ⁊ istud credo vtilius aduocatus litteratis vt laici ⁊ idiote ab aduocationibus reppellant. Si autē iudex sit idiota sicut in multis partibus vbi iudicant comites ⁊ barones ⁊ milites qui qdem possunt: vt. C. de iudi. l. certi. ⁊ in auc. de iudicibꝰ. col. vj. i pnci. tūc vulgariter necesse est vt aduocati pponant. iudici enim soli fides est facienda: vt. C. si aduersus cre

ditoré.l.j.z.C.de conditio. ob turpē cau sam.l.j.z.C.qñ dicis leg.ce.l.j.z.ff. de p ba.quinquaginta.z.C.si quis alteri vel sibi.l.j.Et postea iudex interpretabit aduo cato idiote: vt ar.in autē.de litig.aut. liti giosa posita.C.de litigiosis. Et sic iudex fatigabit interpretãdo vbi necesse erit vt aduocatú idiotam cú verecun lia faciat remoueri.

¶ De rebus petitis vtrú debeāt in libello comprehendi. Rubrica.

1 Actiões oēs secūdū leges distigui debēt.

Item edita actiōe z causa agēdi non suf ficiet nisi in libello res ponat: ideo di ximus rem petitam vel petendam debe re in libello cōprehendi: sed vario z va rio modo.res petite ponunt propter va rietatē actionum ideo distinguere:quia aut agit actiōe vniuersali:puta petitione he reditatis:famil.hercis.aut generali puta tutele:aut singulari vel speciali: puta rei

2 ven.depositi cōmodati:vel similib⁹.† qđ ita distinguant actiões dicit lex.ff.pro so cio arbiter.z.ff.de rei vendica.l.j.

¶ De actiōe vniuersali. Rubrica.

1 Libellus in actione vniuersali quomodo concipi debeat.

2 Sententia incerta quomodo detur.

3 Sententia incerta quid prodest.

4 Actiones vniuersales quot sint.

Si ergo agat actiōe vniuersali debz ex primi actio z cā agēdi:res aūt exprimū tur vniuersaliter nō singulariter vel spe

1 cialiter. Uerbi grā Libellus. † ¶ Con queror.e.R.vobis dño ar. ptāti de.M. a quo peto bona q̄ fuerūt pr̄is mei z hoc peto petitiōe hereditatis: qa dico me isti tutú vel ab itestato illa bona ad me ptine re:z sic recte cōcipies libellū si te insolidū dicis heredē. Si autē pro parte dicas vl' designa quotā partē petas vt dicas:peto bona quondā patris mei pro dimidia qz pro dimidia dico ad me ptinere vel ab in testato vel ex testō: z hoc quā do cert⁹ sum de certa pte. Si āt icert⁹ tūc incerte ptis petitio dat:quod ita intelligas ratiōe: cer tius:quia pōt pars petita augeri vel mi nui:vt.ff.de solutionib⁹.si pater.z.ff.si pars here.peta.antiqui.non itelligās ra tiōe petitionis: quia certú debet petere puta quartā:vt.ff.si ps heredita. petat. l.j.in fine. Qđ.eñ causa ponat in libello probatur.ff.de petitione hereditatis.l.j. z.ij.z.iij.qđ res ita generaliter debeāt pe ti vt dictú est probat argumēto tali Lex dicit qđ si intento petitionē hereditatis z postea possessor inueniat plures res pos sidere q̄z possidebat tēpore litis cōtesta.q in illis debet cōdemnari:vt.ff.de peti.he redi.l.iiij.z.l.si quo tēpore:sequitur ergo q res generaliter petite fuerūt: nā si spe cialiter in alijs rebus non esset postea cō demnandus possessor.nō eñ in plus cō demnari debet possessor nisi sup quo peti tio est in libello:verū est in rebus princi palibus.nō aūt in accessorijs puta fructi bus vel vsuris:in illis eñ cōdemnatur z si nō petantur:quia post litē veniunt vsu re in bone fidei iudicijs. fructus autē in bone fidei iudic. z etiā stricti iuris: vt.ff. de vsuris videam⁹.z.C.de peti.here.l.j. vnde quia incerta format petitio icerta etiā datur sententia. puta cōdemno te in quartā partē bonorū pro indiuiso: vt.ff. si pars heredi.peta.l. non possum. Que

2 stio.† Sed quomō dabit incerta senten tia cú iura dicant ecōuerso.insti.de actio nibus.§.curare.z.C. de senten. que sine certa quantita.pe.l.penultima z vltima. Respō dico hoc facit natura actiōis sicut

3 dictā est. Questio.† Sed qd prodest mi hi talis sentētia. Respondeo in illum nā aut probaui res illas possessas fuisse i bo nis patris mei z sic cōdemnabitur posses sor in restitutione rerū illaꝝ:quia manda bit executioni sententia: aut nō probaui. z sic michi iterum probare oportebit q fue rint in bonis:vt.ff.de peti.heredit.l.z nō tantū.z.l.item veniunt: z pbatio ista fiet nō iure ordinario sed quodā extraordina rio.Uerbi gratia: petam sententiā latā in petitione hereditatis mādari executio ni z dicā in rebus illis:quia res ille fue runt in hereditate:ille excipiet z dicet q non:ego probabo q res ille fuerunt i bo nis: z sic mandabitur executioni senten

2 tia. † ¶ Sunt autem actiones vniuersales quattuor. petitio hereditatis. familie herciscu. actio ex testamento que datur pro vniuersitate per trebel. restituenda. actio ex empto que datur quotiens tota hereditas emitur. ꝛ sic concipies libellū indistincte sicut dixi in petitiōe hereditatis. Conuenio te familie hercis. pro illis bonis diuidēdis q̄ fuerūt olim ticij q̄ bona ad me pertinent ex testamēto vel ab intestato. Conuenio te actiōe ex testamento ꝓ bonis ticij mihi ex causa fideicom. restituendis. Cōuenio te actione ex empto ꝓ bonis ticij q̄ mihi vendidisti vnde peto vel bona assignari vel interesse pstari ſm ꝙ dn̄s meus notauit in summa. C. de hereditate vel actiōe vēdita. ꝛ in summa insti. de actionibus. in. xj. diuisione.

¶ De actione generali. Rubrica.

1 Dictio vniuersalis a gn̄ali i quo diferat.

2 Libellus i actione gn̄ali quomō ɔcipiaẗ.

Vidimus de vniuersalib⁹ videam⁹ de generalibus Generales sunt tutele ꝓ socio si facta est societas omnium bonorum vel maioris partis negociorum gestorum si oīa negocia gesta sunt vl' plura: vt. ff. pro socio. l. pro socio arbiter. Questio.

1 † Sed in primis queriẗ que sit diffinitio i noie: nōne idē sonat vniuersalis qđ generalis. Rn̄. nō. vniuersalis em̄ diciẗ actio illa q̄ pro hereditate cōpetit q̄ appellaẗ vniuersum ius qđ defunct⁹ habuit vt. ff. de vbo. sig. l. hereditas: oēs em̄ actiones vniuersales grā hereditatis cōpetunt sicut in supiori rubrica dictū est. At generalis diciẗ actio q̄ plura sub se capitula cōtinet. pro socio enī ꝛ tutele: ꝛ nego. ge. iste em̄ plura capitula cōtinēt administrationem. s. panis ꝛ vini ꝛ olei ꝛ similium: non tamen continent vniuersum ius quod defunctus habuit. nam multotiens euenit ꝙ omnia paterna ad filios non deueniunt. in his generalibus est exprimenda actio ꝛ causa. Res aūt exprimunẗ generaliẗ. sed in cause ꝓcessu specialiter exprimuntur: vt ar. C. de iudi. licet quod i vniuersalibus non est sicut supra diximus: ¶ Unde ita concipies libellum. Libel-

2 lus. † Conqueror vobis domis Ar. po. c. R. de. M. quo peto. rōnem tutele mihi reddi de bonis meis administratis ab eo qꝛ tutor meus fuit testāriꝰ legitim⁹ vel datiuus. ꝛ peto villicatiōis rōnem reddi per actionē tutele: vt. ff. de tutel. ꝛ rōci. dis. l. j: ¶ Et sic concipies libellum i neg. ge. Peto rōnem administrationis negociorū reddi. ꝛ hoc peto. ꝑ actionē neg. ge. quia bona mea administrauit. Itē i actione ꝓ socio. peto a tali: quia socij fuimus rationē societatis reddi de bonis cōibus ꝛ hoc peto actione pro socio.

¶ De actione speciali. Rubrica.

1 Libellus in actione speciali quomodo cōcipiatur cum pluribus sequen.

3 Libello si quis vestimēta petierit: an colorem designare teneaẗ.

7 Sententia quid valeat: si quis in libello diceret rest. tue mihi ciphum vnū de argēto: pondus aūt non exprimeret.

8 Actionibus in singularibus an cā exprimenda sit.

9 Actiones reales a personalibus in quo differant.

Superest vt de specialibus actionibus videamus. Si ḡ agaẗ actionē singulari sicut rei vendicatione. vel publiciana: vel similibus res specialiter exprimēda est vtrum totā an partem petā: ꝛ si partē debet dicere quotā: vtrum tertiam vel quartam: ꝛ dicere debet cōfines: vt. ff. de rei vendi. cū in rē. in princi. ꝛ. ff. de censibus forma. in prin. ꝛ ꝙ confines dicendi sint. ar. est. ff. de contrahen. empt. l. quot sepe. §. vlt. ꝛ. l. cū seruo. §. vlti. ¶ Item ar. alio ꝓbaẗ ꝙ dicendi sint confines. [illegible] ne res certa dꝫ peti in rei vendica. vñ ꝙ sic. ḡ designandi sunt confines. nā si peterē: fundū icertū peterē cū stipulatio fundi vel etiam legatum fundi nullum sit: vt. ff. de iure dotium. l. cum post diuortium. §. gener. ꝛ quare incertum: ideo quia fundi constituuntur destinatione patrisfa. vt. ff. de leg. j. quod in rerum. §. vlti. ꝛ iō minimū vna forte gleba petita videretur nam ꝛ in re mobili certa signa sunt dicēda. ¶ Unde ita formaẗ libell⁹: Libellus

1 l. pt̃or. §. aduersus. et. l. vl† ❡ Uñ ad hoc vt actio ista competat tot sunt necessaria. ❡ In pmis q̃ aliquis sit mortuus. ❡ Secundũ q̃ in aliquo loco sepeliat̃ qd̃ dicat̃ sepulchrum. ❡ Tertium humetur et cum capite. alias non esset sepulchrum nec locus religiosus et hoc colligo ex significatione ipsius vocabuli. de sepulchro violato. nisi. n. esset religiosus violari non posset: sola enim religio violatur. vt. ff. eodẽ in ipsa rub. et. l. ij. et l. pt̃or. et. ff. de religiosis et sumpt. fu. l. cũ in diuersis. ❡ Quartum q̃ illud sepulchrũ sit violatum. vt in l. predicta. pretor. Et nomine sepulchri intelligas omnem sepulture locum vt in p̃dicta. l. pretor. §. sepulchri. ❡ Quintum q̃ non fuerit hostis ille qui fuit sepultus. vt. ff. e. t. l sepulchra. ❡ Unde in hac ac.
2 ac fa. ta. po. † Positio Acto. Ego dico q̃ talis mortuus est. ❡ Itẽ in sepulchro tali fuit sepultus et cum capite. ❡ Itẽ tu violasti illud. ❡ Itẽ ego sum agnatus vl' cognatus illius: vel vnus de populo. sz hoc vltimum non est necessarium. ❡ Econtra
3 reus fa. ta. po. † Positio rei. Ego dico q̃ titius decessit. ❡ Item ille fuit hostis romanus. si hoc cõfi. ac. sub. q2 non tenetur de sepulchro violato. vt. ff. e. titu. l. sepulchra. et. ff. de relig. cum loca. ❡ Item tu qui agis fuisti extraneus illi defuncto. si hoc confi. ac sub. quia non poterit agere ad suum interesse. ❡ Unde in hac actio-
4 ne conci. ita libel. † Libellus. Uobis do. M. con. e. R. t. c. M. qui dolo malo violauit sepulchrum tale. puta spoliando mortuum ibi sepultum: vel lapides seu statuas remouendo. vnde cum ex illa violatione iniuria sit mihi illata et defuncto. et damnum dedit tantum: et tantum asportauit: que omnia vt facta nõ essent interest mea in. cc. aureis. Unde illud interesse meum peto. spoliando mortuum ibi sepultum: vl' lapides seu statuas remouendo. vnde cum ex illa violatione iniuria sit mihi illata et defuncto: et damnũ dedit tantum. et tantũ asportauit. que omnia vt facta non essent interest mea in. cc. aureis. vnde illud interesse meum peto. et ad hoc propono actionem in factum ex edicto de sepulchro violato. Quod ita recte conci. libellus. dicit. l. ff. eo. ti. l. pretor. in prin. et q̃ oĩa illa cõsiderẽtur dicit. l. ff. e. t. l. pretor. §. q de sepulchri. Uerum posset etiam bene cõcipi libell' etiã si illa nõ apponerent̃. vt

re:entis alijs dicat:m ũ interesse peto:qḋ e[illegible]mo tm̃.nã p̃dicta.l.dicit illa est:mãda esse a iudice:nõ autẽ · ſſe in petitione ponẽ da:⁊ sic cõcipit libell⁹ si velit agere is cu/ ius ẽ .terẽ. Si autẽ extraneus.tũc dicas.
5 †Libell⁹.Lõ c.R.ḋ.M·q dolo malo vio lauit tale sepulcrũ.vñ ipsum in.c. aureis condẽnari peto:⁊ ad hoc ꝓpeno actionẽ i factũ ex edicto de sepulcro violato.Qḋ ita recte cõcip at libellus dicit.l. p̃dicta. Oppõ.Sed videt q primus libellus nõ possit cõcipi quo.n.defuncto posset inferri iniuria:cũ mors oia soluat:vt in aut.de nup.coll.iiij.§.deinceps. Itẽ ita demũ põt qs agere iniuriã si illam reducat ad animũ:vt.ff.de iniur.l.nõ solũ.§.iniuriarum.def.inctus aũt nec velle nec nolle potest.nec ad animũ reuocare. vt.C.de sacrosan.eccle.l.j. ¶ Itẽ ex p̃sona sua non põt iniuriã a ere q̃ ille q violat sepulcrũ isti iniuriã facere noluit.in·uria.n.ex affectu iniuriãtis estimat.vt ff.de iniurijs l.illud rela ũ.⁊.ar.ff.de furtis. qui iniurie causa.Rñdeo ex p̃sona vtriusq̃.nã ex p̃sona defuncti agit.q̃ defuncto fit iniuria.vt insti.qui ma.pos.vel nõ.§.j. multe etiã qualitates viuoꝝ mortuis attribuuntur.nã ⁊ ipsi dormire dicunt.vt.C.de episcopali audi l.nemo.ex p̃sona sua etiã hꝫ actionẽ ꝓpter p̃dicta.nã interest nostra q nostris defunctis iniuria nõ inferat:cũ intersit etiã nr̃a ymagines auoꝝ nostroꝝ nõ videri auulsas vt.C.de adm.tu.l.lex q̃ tutores.Oppõ.Itẽ secũdo libello opponitur.nã dicit quod agit ad interesse. sed cũ de iteresse tractemus pecuniariũ attendimus.vt.ff.ad exhibẽdũ l.si liber hõ. ⁊ ff.de seruitute.quot.Rñ.agentis hac actione interest.⁊ principaliter p̃pter tria. ⁊ q̃ iniuria est illata:⁊ q̃ lucꝝ sensit q violauit.⁊ damnũ est illatũ ⁊ temeritas violãtis.vt.ff.e.ti.l.p̃tor.§.q de sepulcris. ¶ Illud aũt nota in hac actione:q si plures volũt agere:ille p.mo admittit:cui⁹ instior causa videt.vt.ff.e.l.pretor.§.i. Idẽ in in erdicto de libero homine exhi. vt.ff.de libero homi.exhi.l.quod ⁊ lex. §.hoc iterdictũ. hoc enĩ in q̃libet publica actione contingit. vt.ff.de accusa.l.si plures. ¶ Itẽ illud etiã nota q etiã si extraneus primo egerit ⁊ s̃nia lata est:alius cui p̃senti primo dat actio:si postea vult agere nõ audit etiã si reipub.cã fuit absens siue s̃nia sit lata condẽnatoria:siue absolutoria. vt ff.co.l.sepulcri violati.⁊.ff.de iureiurãdo cũ q.§.in popularibus. ⁊. ff. de
6 p̃uaricatoribus.l.iij.†Questio. Sed cũ absenti causa reipublice ⁊ reuerso oia restituantur:q̃ nõ dꝫ obesse vel ꝓdesse qḋ euenit.vt.ff.ex quibus causis ma.l.j.⁊ cũ officiũ suum publicũ vel priuatũ nemini dꝫ esse dãnosum.vt ff. ex quibus causis ma.l.videlicet.⁊.ff.de fur.l.si seruus cõmunis in fi.p[illegible] colũne:q̃ritur q̃re huic absenti actio ista non restituatur.cũ actio etiã cõpetens militi restituit:nec perimit eo tempore quo fuit absens vt.ff.ex quib⁹ causis ma.l.si qua.Rñdeo lex assignat rationẽ.q̃ cum actio ista non ad rem familiarẽ:sꝫ ad vltionẽ pertineat:ideo militi nõ restituit.vt.ff.de sepulcro violato l. sepulcri.nã nulla accusatio absenti militis causa reipub.ice restituit.vt.ff.ex quib⁹ causis ma.l.sci ndum.⁊.ff de minoribus auxilium §.j.⁊ quod dicit.l.predicta.ex qu.b⁹ causis ma si qua accusatio.l.actio ⁊ sic.C.de edendo,qui accu are.vel aliter actio restituitur militi q̃ tm̃ tempore expirauerat.⁊ hoc est quod dicit.l.illa:si qua actio militi cõpetat tpe quo reipub.causa abfuit nõ ptinet. Uerũ si res non sit integra:q̃ sententia lata est vt est hic:tũc non restituet.Nec obstat lex ex quibus causis ma.sciendũ:q̃ ibi loquitur de actione pe/
7 nali.vt in.l.sequenti deniq̃. † ¶ Itẽ illud nota q si quis hac actione dicat nolle agere:potest renũctia acta antẽq̃ lis ab alio p̃testetur agere.vt.ff.de sepulcro violato.l.p̃tor.§.si is cuius interest. Sꝫ mirũ videt cũ alibi dicãt iura:postq̃ liti more de p̃dio renũciast i instaurari semel litem omissa iura ꝓhibent.vt C.de pact.post[illegible] maxime cũ hec actio vindictã contineat vt dictũ est istaurari nõ deberet.Rñ. hic casuale est vt ⁊ alias in tertulliano. vt.ff. ad tertullia.l.filij. vel aliter hoc iõ euenit

ppter verbum extensum nollet: vbi sola pma volútas cú non ipedit si postea vult agere. sic z alibi in suo simplici cótingit. scz volet: vbi pma volútas obligati nó nocet. vt. ff. de vbo. obli. si qs stipulatus sit.

¶ De pretorijs stipula. s. de stip. dam infecti rem pupulli sal. fal z rem ratam haberi. iudi. solui vt legatoz seu fideicom. nomine cauea. z de operis noui nunciatione: z iudicio sisti. Rubrica.

1 Stipulationes quot sint.
2 Stipulationibus sub exemplo iudicialiú quare ponatur stipulationes de dolo.
3 Stipulationum omnium ptoriarum quatuor tantum instar actionis habere dicuntur: z per eas nouatio fit.
4 Stipulatióes q re istar actionis habeant.
5 Libellus in dicte s quatuor stipulationibus an necessarius sit.
6 Nouatio qualiter p pdictas actióes fiat.
7 Regule in pretorijs stipulationibus.
8 Stipulat. ptorijs an de calúnia iuretur.
9 Stipulationes pretorie quo tpe tollant.

De pretorijs stipulationibus vidédum nobis in fine edictorum occurrit: in quibus dñs Joh. in arbore actionú: circulum actio. non posuit: sed vocauit istas pretorias notas: ideo q: actiones nó sunt. sed instar actioné obtinent. vt. ff. de actionibus z obligationib°. l. actionis verbo. ex qua lege reprobat Martini snia q voluit dicere has esse actiones: z ex alia lege reprobat. ff. de minoribus. qd si minor §. vlt. Que ptorie stipulatióes multe sunt scz stipulatio de dáno infecto. hec petit in forma actionis: z in ea cócipit libellus. 1 vt isra notabo. † ¶ Est z stipulatio ré pupilli saluá fore. in hac nó formát libellus. sz de plano expedit: quotiés tutor legitimus interuenit: vel datus sine inquisitione: testamétarius etenim: z datiuus cú inquisitione non satisdant. vt. ff. rez pupilli sal. fo. l. j. z instit. de satisdatione tuto. ista eniz interponit statiz ex quo tutor admittit. verum si ex hac stipulatióe postea agitur. s. finita tutela: q: ante nó pot. vt. ff. rez pupilli saluam fore. l. non qsi. §. generaliter. nó erit actio illa ex stipulatu ptoria: sz ciuilis: de qua actione ex stipulatu generaliter dicemus infra in tractatu ciuiliuz. z specialiter i sua rubrica. si auté tutor interuenisset z administraret sine satisdatione pstita tunc posset peti in locú actionis: z daretur libellus agente ipso pupillo vl seruo publico. vt. ff. rem pupilli saluaz fore. l. ij. iij. z. iiij. z. v. z. l. seruum pupilli. ¶ Et z stipulatio ré ratá haberi q interponit a pcuratore actoris. quot. dubitat de mandato. C. de procuratoribus. l. j. Est z stipulatio iudicatum solui que interponitur a pcuratore rei vt. ff. de pcuratoribus. l. q pprio. §. q aliú. z. l. minor. §. is qui. de qbus duabus stipulationibus plene notat dñs meus in summa de pcuratoribus. In his. n. nó dat libellus: sed de plano expediet: ante. n. nó admittit pcurator vel ad agendú vel ad defendéduz q dicte satisdationes z stipulationes interponant z ante lité cótestatá. vt in pdictis. ll. z. ff. eo. ti. l. Pomponius. §. rati. ¶ Est z stipulatio q interponit. vt legatorum seu fideicómissoz nomine caueat. q z ipsa ptoria est. vt. ff. de actióibus z obligationibus. l. actionis. In hac. n. necessarius est libellus. si nó vult heres de plano satisdare: de qua statim dicem°. ¶ Est z stipulatio de operis noui nunciatione pto r a. s. que interponit ab edificare volente facta sibi nunciatione noui opis. vt si appareat cum in iure edificasse quod debeat destrueé. Uerú aliqn satisdat quotiés núciat ne qd in loco priuato edificet. z cauet quotiés nunciat nouum opus: ne quid in loco publico edificet. z quare in primo satisdat: in secundo cauet. ratio assignat: q: quotiens núcias mihi: quádo in priuato edificio: debeo tibi satisdare: q: iure tuo agis. at quotiés núcias in publico de opere illo destruendo: iure alieno cótédis: z nó tuo: vnde tanq alieni iuris petitor repromissione cótentus esse debeo: vt. ff. de ptorijs stipula. l. j. §. j. z. §. stipulationú. z. ff. de opis noui nunc. l. nó solú. §. si cu iure. In hac nó datur libellus. sz e plano non expeditur: q: statim ex quo denúciat nouú opus mihi: ego interponá huiói stipulatio

ctum scilicet de destruendo si appar[u]erit me iniuste edificasse: et de hoc plene nota/tur supra de interdictis. in speciali interdi/cto. vt liceat edificare contra nunciatum est. et c. quod est in penultima rubrica intra/ctatu interdictorum. ¶ Est et stipulatio pretoria scilicet que interponitur et pre/statur ab eo qui in ius vocatur vt sistat iudicio et vocatur iudicio sisti que ab eo interponitur qui non est possessor rerum immobilium: vt. ff. de preto. stipula. l. j. §. communes. et. ff. qui satisdare cog. l. sciendum. In hac non formatur libellus: sed de plano expeditur. de in. li. de sacro/sanc. ec. sed hodie. Item autem omnes stipulatio/nes pretorie sunt: vt. ff. de pto. stipu. l. j. Ue/rum licet oes iste dicantur pretorie: diuiduntur. quia quedam dicuntur iudiciales. quedam cautiona/les quedam coes. i. et que a pretore inducuntur et a iudice interponuntur vt insti. de diui. sti. §. vl. et. ff. de pto. st p. l. j. verum insti. de di/ui. st p. fit alia diuisio: quia quedam sunt iudicia/les: quedam pretorie. quedam conuentionales. quedam coes. [ta]m pretorie quam iudiciales. et etiam va/

2 ria exempla ponuntur. †Questio. Unde queri/tur: quare in insti. sub exemplo iudicialium po/nunt et stipulationes de dolo. s. qua qs re/stituit seruum post vsucap. completam cauet de dolo. s. ne corruperit animum serui: vt. ff. de rei ve. l. si post acceptum iudicium. et. l. si ho. Item et stipulatio de persequendo seruo qui in fuga est restituendo vel pretio secundum quod habes exemplum. ff. de rei ven. si ho custodiendus i. §. aut de pto. stip. l. j. §. iudiciales. sub iudicialibus ponunt exempla rem ratam habe/ri iudicatum solui: et de op. no. nu. c. in insti. de diui. stip. in vltio. §. dicunt predicte sti/pulationes coes. Rn. ratione diuersorum rei/spectuum ista noia sortiuntur: nam in insti. di/cuntur iste stipulationes iudiciales. s. a iudi/ce: quia iudex iubet illas interponi: in. ff. di/cuntur iudiciales a iudicio: quia pp iudicium ratum habendum interponuntur. dicuntur etiam coes: quia pretor induxit et iudex decreuit.

3 † Illud autem no. quod omnium istarum pretoriarum sti/pulationum quattuor dicuntur habere instar actio/nis et per eas fit nouatio. s. stipulatio de legato: stipulatio de tutela. s. qua stipulatur quod a tutore legitimo rem pub. sal. fo. et sti/pulatio rem ratam haberi: et damni infecti: vt. ff. de preto. stipula. l. j. §. cautionales.

4 †Questio. Circa quod queritur qualiter habeant instar actionis. Rn. ita quod sicut per actiones petimus aliquid nobis prestari vel dari: ita agimus vt stipulationes nobis prestentur: et con/cordat. ff. de actio. et obliga. l. actionis.

5 †Questio. Nunquid quod in omnibus illis quat/tuor necessarius est libellus. Rn. in tribus certo. sed in stipulatione rem ratam haberi non sicut superius dictum est. Unde circa diui/sionem pretoriarum stipulationum ita sentit dns meus. R. stipulatio iudicatum solui: et de ope. no. nuncia. interponuntur: vt iudicium ra/tum sit. . vt mandetur executioni quod iudica/tum est: et in hac significatione dicuntur iudi/ciales: stipulatio autem iudicio sisti commu/nis est et sic iudicialis: sed aliquando interponuntur non vt mandetur executioni iudicium sed vt iudicio stando reus iudicium ex/plicetur et termietur: sed ipsa de rato iudicia/lis dicitur in tertia significatione. i. vt iudicium non irritetur: sed in sua firmitate perduret. ¶ Sane dicuntur quedam cautiones et in/star actionis habere. i. specialiter petuntur. sicut aliquid per actionem petitur. vt cautio lega/torum: et damni infecti. et rem pupil. sal. fo. a tu/tore legitimo. sed iudicio sisti: et iudicatum solui. et de opis noui nuncia. et de rato: instar actionis non habent. nam principaliter non pe/tuntur: sed tantum contra aliquem agitur et ali/quid petitur prestantur cautiones ut dicte vt supius dictum est: et sic secundum equiuocatio/nem nominum dicuntur etiam cautionales hec.

6 †Questio. Item queritur qualiter per predictas actiones quattuor fiat nouatio: vt dic. l. in. ff. de pretor. stipu. l. j. §. cautionales. Rn. fit nouatio. i. noua actio attribuitur. non quod prima tollatur: sicut habes in simili: ac/tio in factum nouat primam. id est tanquam noua prime adijcitur: vt. C. de vsuris rei iu. st. l. vlti. et vide qualiter noue actiones attribuan/tur. Fit nouatio in legati stipulatione. ver/bi gratia legatum erat mihi sub conditione re/lictum aduenienete conditione ad petendum lega/tum multas habeo actiones. s. ex testamento. hypothecaria rei vendi. vt. C. coia. de le/

ga.l.j ff.de lega.ij.cũ filius.§.varijs.tñ
si heres ꝓmittit prestare legatũ mihi ad/
uenientе cõditione.vt.ff.vt legato.vel si
dei com.(so.noie ca.l.j.habeo ꝗ go legata
ri⁹ modo nouã actiõnẽ ex stipulatu.De tu
tela fiat nouatio scilicet qñ stipulor rẽ pu/
pilli sal.fo.interponit ꝗꝛ nouatio.s.ex sti
pulatu.adijcitur actioni tutele: que qui/
dem pupillo competit ꝓ his q̃ quondam
male sunt administrata: nec admitto ꝙ
ꝑma actio scꝫ tutele tollatur ex toto si pu/
pillus post pubertatem habuit ratã illã
stipulationem:vt.ff.de nouatioib⁹.si pu/
pillus:nã ibi tollit tutele p exceptionẽꝫ
cũ ad idẽ ambe actiões rei ꝑsecutorie non
cõpetant:vt.ff.de tribu.qd in heredẽ.§.
eligere:vel ibi intercẽ sit stipulatio rẽ pu/
pil.sal.fo.anio nouandi.Rẽ ratã haberi
stipulatio nouat.i.noua adijcitur indebiti
cõditiõi: q cõpeteret.ꝛ cõpetit etiã si hec
interposita non fuisset.ff.rem ratam ha/
beri.l.si sine.ꝛ.l.vlt.Damni infecti stipu/
latio nouat.i.noua adijcitur interdicto
qd vi aut clã.competenti.Itẽ noua adij
cit actioni.l.aquil.q̃ quidẽ cõpetit dam/
no dato ex ope eius q promittere debuit
ꝛ non promisit.vt.ff.de ripa munienda:
vel noua adijcit act.õi in factũ:vel con/
ditioni ex lege q̃ cõpetit vt.ff.de dãno in
7 fec.ꝑtor.§.vlt.† ¶ In ꝑtorijs aũt stipu/
lationib⁹ nota quasdã regulas generales
Primo ꝙ oẽs ꝑtorie stipulatiões:aut rei
restitutionẽ cõtinẽt aut certã quãtitatẽꝫ.
ff.eo.l.ꝑtorie.item in oib⁹ ꝑtorijs stipula
tionib⁹ satisdatur preterꝗ̃ in cã damni in
fecti:vt supra diximus.vt.ff.eo.generali
ter.Itẽ quia ꝑsonas ꝓ se desiderãt inter
uenientes:vt.ff.e.l.pretorie.nec tenet da/
re pecuniã argentũ vel aurũ deponere.tñ
citius ego reciperẽ predicta ꝗ̃ fideiussо/
res:vt.in.l.predicta.Unde quesiuit dñs
.M.al's Otto.vtri.pignoribus inuito
actori cauere valeat.Rñ.ipe min:me.ar.
ꝯtra.ff.vt leg.noie ca.l.filio.ꝫ.l.illa spe
cialr̃ i patre loqtur:nec ob.qd loqtur.ff.
de coll'.bo.l.j.§.iubet.nã illud dũtaxat i/
ter fratres vel al's cõferẽtes loqtur: vel
forte cautio illa non est ꝑtoria.sed quod

nõ sit pignorib⁹ cauẽdũ inuito stipulatore
inuit.ff.quoꝝ lega.diuersuꝫ.§.si legatus
sed i.l.predca ꝑtoria:manifeste ostẽditur.
licet maior cautio sit i rem ꝗ̃ i personam:
vt.ff.de reg.iur.l.plus.Itẽ pretorie sti/
pulationes sepius iterponuntur:ex ꝗ̃ cau
tũ esse desijt sine culpa stipulatoris:vt.ff.
e.l.ꝑtorie stip.Item i pretorijs stipulatio
nib⁹:si ꝓcurator me⁹ stipulatiões iterpo/
nat:ꝛ sit nõ soluendo datur mihi vtilis:
vt.ff.eo.l.i oibus.Item i pretorijs stipu
latiõibus si aliquod verbũ sit dubiũ ꝑto/
ris ẽ iterꝑtatio:vt.ff.e.i ꝑtorijs.Itẽ oẽs
ꝑtorie non sunt actiones:sed instar habent
actionũ,vt.ff,de actionib⁹ ꝛ obliga.l.ac
tionis verbo.si.n.habent instar actionis
ergo nõ sunt actiones.nã vt dt Aristo.ni/
hil est id cui idipsum est simile.nam rati/
habitio retro trahitur ꝛ mãdato cõpara
tur.vt.C.ad mace.l.vlt.nõ tamẽ est man
datum.quia ex ratihabitione oritur neg.
gest.actio:vt.ff.de neg.gest.pop.si nego/
ciũ:ex mãdato orit mãdati.vt isti.eo.§.
mandati.Ad istas ꝗ stipulationes iterpo
nẽdas iterponitur offm̃ iudicis.ꝛ p illud
exigam cautiones illas seu stipulationes
iterponi.sicut ꝛ restitutio solo officio iu/
dicis petitur.nisi i quattuor casib⁹.puta
i actione de dolo.quod met⁹ causa:d alie
natione iudicij mu.cau.fac.ꝛ de capite
minutis.in qbus fit restitutio iure actio/
nis vt ex rubricis proprijs apparet:vt
.ff.de minorib⁹.l.qd si minor.§.vlt.lꝫ.n.
stipulationes ꝑdcẽ dicant ꝑtorie iudi.of
ficio petuntur iterponi:actiões tñ ex illis
postea descendentes ciuiles sunt:qꝛ ex sti/
pulatu oriunt propter oẽs stipulationes
ꝑdictas.qꝛ ex stipulatu ciuilis est: vt isti.
de act.§.de pecunia.Aliqñ ẽt pretor sup
ciuilibus ẽt se iterponet:vt.ff.commoda
8 ti.l.j.† Questio.Sed illud q̃ritur:an i ꝑ
torijs iuretur de calumnia.Rño.ꝙ sic:vt
.C.d iureiurãdo pp ca.dan.l.j.ff.de dã.
ifec.ꝑtor.i pri.ꝛ.l.q bona.§.vl.Item que
ritur:an i his stipulatiõib⁹ iuret i litem.
vr̃ ꝙ sic.nã ꝛ i personalib⁹ ꝛ i realib⁹ iu/
rat i litem:vt.ff.de i lit.iur.l.videamus
.§.i actiõib⁹.ꝛ.ff.de pignorib⁹.l.si fũdꝰ.

.§.in vēdicatiōe.ff.de dolo.arbitrio.τ τ e
rei vendi.q restituere. Rñō.nō iuratur in
litē:pterq̄; in arbitrarijs personalib⁹.τ h̄
dicit.l.ff.de in litē iur.videam⁹.§.in ac/
tionib⁹.τ pterq̄; in actione ex stipulatu.
qui fuit hō ꝓmissus:τ fuit mortu⁹.vt.ff.
de in litē iur.l.alīs.¶Uerū q: in duab⁹
p̄torijs stipulationib⁹ necessarius est libel
lus.s.in stipulatiōe dāni in fecti.τ vt lega
torū no.e caueat: vt dixim⁹ supra.iō de
eis videam⁹.τ p̄mo de stipulatiōe de dā/
9 no infecto.†Questio.Sz illud i vltimis
queritur q̄do tp̄e tollant̄ iste p̄torie stipu/
latiōes.τ videt in primis q̄ in q̄driennio
τ hoc rōne doli cū enim pretorie stipula/
tiōes officio iudicis petant̄:vt.ff.de pre/
torijs stipulatiōib⁹.l.j.τ insti.de diui.sti/
pu.ḡ continuo q̄driennio tollunt̄.nā τ re
stitutio q̄ petit̄ officio iudicis:vt.ff.de mi
norib⁹.q̄ō si minor.§.vlti.cōtinuo q̄driē
nio officium iudicis tollit̄ quo dat̄ resti/
tutio:vt.C.de minorib⁹ in integ.restitu.l.
vlti.si h̄ dicim⁹:iaz sequet̄ absurditas:q̄
ecce:dom⁹ tua iā est q̄driennīū q̄ minata
est ruinā.si nō possum vltra q̄driennium
petere caueri. Item iā est q̄driennīū q̄ re
lictum fuit mihi legatū:τ sub cōditiōe.τ
hereditas fuit adita τ cōditio nondū ex/
titit:ḡ amodo non possum petere cautio/
nē.Rñō.non credo q̄ in casib⁹ istis:hoc
est in pretorijs stipu.q̄ iudicis officio in/
terponunt̄ q̄ q̄driēnio tollant̄.τ hec vi/
de in fili.alimēta petunt̄ officio iudicis:
vt.C.de alēdis liberis.l.ij.ff.de liberis
agnos.l.j.τ.ij.pone ergo q̄ fili⁹ nō petijt
alimēta a patre iā sūt q̄ttuor anni amodo
peter certe si h̄ diceres sūma eēt iniqtas τ
filius iā fame periret puto q̄ vsq̄ ad.xx.
annos.lz enī officiū iudicis nō sit ac/
tio:vt.ff.de minoribus.l.q̄ō si minor.§.
vlti.tñ operat̄ idē q̄ō operat̄ actio.vnde
gn̄aliter sumptū nomē actiōis pro officio
iudicis supponit.ff.de actiōib⁹ τ oblig.l.
actiōis.τ ibi etiā dicit̄ q̄ p̄torie stipula/
tiōes obtineāt ēt instar actiōis.τ aliud in
restitutiōe pro q̄ officiū iudicis cōpetens
q̄driennio tollit̄.ibi eniz vult rescindere
gs q̄ō fecit:siue de minore siue de maiore
loquamur:vt.ff.de minorib⁹.q̄ō si minor
.§ restitu. Unde cū habeat fieri ad lesio/
nē alteri⁹ partis:vt.ff.de mino.l.verum.
ideo certis tp̄ib⁹ limitat̄:sicut τ alia limi
tat̄ certis tēporib⁹ in accessorijs:q: vno
die.vt.ff.de re iudica.paulus. At in istis
stipulationib⁹ p̄torijs:p quas ius meum
cōpetiturum prosequor.nō est mirū si vsq̄
q̄ ad annos.xxx.audior.sicut in ceteris
actionibus personalibus:vt.C.de consti
tu.pecu.l.ij.

¶Si edificium alicui⁹ minat̄ ruinam po/
test dñs alterius edificij vicini petere vt
sibi caueat noīe damni infecti.

¶De damno infecto. Rubrica.

1 Edificiū alicuius si minet̄ ruinā edificio
vl' p̄dio alteri⁹:pōt dñs vicini edificij a
dño edificij minātis ruinā petere:q̄ sibi
noīe dāni infecti promittat.
2 Edificij minātis ruinā cautio ad hoc vt
peti possit quod requirantur.
3.4 Positiones actoris τ rei in tali actione.
5 Libelli in tali actione q̄do formēt̄.

LIcet dñs Joh.in arbore actionum cir/
culum sup stipulatione damni infecti
non posuerit:tamen cū sit digna circu/
lo:τ ipsa causa celeritatē desideret:vt.ff.
de damno infecto.l.j.ideo bene est q̄ ei ce
leriter succurramus:eaz discutientes ad
plenum.quando locum habeat.τ quādo
1 debeat interponi.†Sciendum est q̄ si edi
ficiū alicuius minat̄ ruinā edificio vel p̄/
dio alterius:pōt dñs vicini edificij a dño
edificij minantis ruinā petere q̄ sibi pro/
mittat noīe damni infecti.q̄ stipulatio cō
tinebit totū interesse illi⁹ vicini si forte po
stea dānū ex illo edificio ruinoso contin/
gat:vt.ff.e.in hac stipulatione venit.τ.l.
sed τ si conijcere.τ.l.dāni infecti stipula
tio. Que stipulatio si nō interponat̄ mitti
tur ille q debebat stipulationē recipere in
possessione edificij ruinosi:vt.ff.e.l.dies
2 cautioni.§.ij.τ.iij.†Unde ad hoc vt cau
tio τ stipulatio possit peti oportet q̄ multa
interueniant. In primis q̄ edificiū sit ita
ruinosum q̄ damnum ex illo vicinus ti/
mere possit τ ita q̄ damnum sit futurum

p̄pterea

ppterea dicit stipulatio dāmni infecti.i. nondū facti.ff.eo.l.ij. Ideo dico de dam no futuro:qz si damnū esset datū haberet locum.l.aquil.vt.ff.e.pretor.§. hoc edictū.insti.ad.l.aquil.§. vlti. contingit tñ vt dāno dato nō agat:qz cautio non fuit interposita si edificiū cadat ante interpositā stipulationem:immo dñs liberat a pstatione seu restitutiōe damni illius si omnia rudera hz pro derelicto verū si vult illa rudera tollere nō pōt: nisi caueat tam pro pterito q̄z pro futuro dāno:imo ei qui passus est damnū consulit: q agat ɔ̄ illū p interdictum cuius nomē non habemus z ideo dicim⁹ q ibi interdictum ponitur pro actiōe in factū.vt.ff.de pscrip. vbis .l.sunt.z sic cōpellet dñs ruinosi edificij vel tollere rudera:z cauere de damno tā preterito q̄z futuro. vl' totas edes p derelicto hre.vt.ff.e.l.euenit.z.l. ptor ait.§. vlti. Jtellige ita damnum si contineat ad emptionē seu diminutionem patrimonij. vt.ff.e.l.damnū.lucri enīz nō habet rō. vt.ff.e.l.fluminum.§.vlti.z.l.sequenti. z.l.pculus:z hec oīa locū habēt tā in pdio vrbano q̄z rustico.vt.ff.eo.ti.l.si finita.§.ex hoc edicto.z.l.emptor.§.si agit. Secūdū vt illud damnū qd pōt ɔtinger ɔtingat vicio opis quod priuati sit loci.z ediū in vrbano.i rustico sufficit vicium soli siue damnum contingere possit tunc cū opus fit siue postea.Ceterū si vi vētorū vel alia vi diuina aliqd damnū det:stipulatio nō cōmittit:nisi edes sint ita vetustissime q de facili cadere possint ex q̄libz vi ventorū.vt.ff.e.fluminum.§.j.z.§.viciū z.§.itē seruus.z.§.itē apud iul'.z.l. dāni infecti quidā:iō dixi de ope qd fit in loco priuato. qz si fiat in loco publico princeps vel preses est adeūdus. vt phibeat p interdictū. ne qd in loco publi.fiat. vt .ff.e.fluminū.§.j.z.ff. ne qd in loco publico.l.j. z.ij. Tertium vt denuncietur illi cuius est dom⁹ vel ager.si est psens:vt cautionē interponat. alioquin denuncietur domui:vel pcuratori: vel inqlino illius.ad hoc vt postea si dānum cōtingat possit agere ɔ̄ dñz edificij ruinosi.vt.ff.e.

l.di.e.§.pretor.z.§.totiens. Quartū vt postulet qs caueri sibi p tribunali: alias nō aget.vt.ff.e.l.dies.§.l3 autē iudicium. Quintum vt is qui petit sibi caueri:iuret de calūnia primo.vt.ff.eo. ptor.z.l. q bona.§.q damnū.z.§.vlti. Sextum vt si est dominus qui debet pmittere:tñ pmittat si nō est dñs satisdet.vt.ff.eo. pretor. z.l. damni infecti stipulatio.nisi sit dubiū sit dominus nec ne. tunc sub exceptione promittet. vt si constabit illū nō esse dominū satisdet.vt.ff.eo.qui vias.semp enīz possessor conueniendus est. z si non sit dñs: vt stipulationē intpōat:vt.ff.e.int q̄s.§ si dñs. Septimū vt dies apponat .j. quē diem duret cautio. vt.ff.e. dies. in pnci pio.z.l.qui bona.§.vlti.z.ff.eo.l. diem. Dies autē ille statuet arbitrio iudicis.vt .ff.e.pretor.in pnci.pter q̄z si fiet opus in flumine publico vel loco publico: vel ripa ipsius.tunc tempus decē annorū statuitur infra quod duret satisdatio. z hoc ideo:qz fit in publico. vt.ff.e. si finita.§. deinde. Octauum vt alio modo quis nō possit sibi consulere. alioquin stipulationem non petet interponi. z si interposita fuerit non tenet. vt.ff.e.si edibus.z.l.qui bona.§.de illo.z.l. damni.§. ei cui.z.§. ei qui.z.l.inter fructuarium:nisi in casu: vt in inquilino. vt.ff.eo.inter quos paries. Nonum vt ille qui petit cautionem non sit qui iam cessit edibus ruinosis. vt .ff.eo.qui bona.§.si quis qzia sibi.Decimum vt nomine illarū ediū tantū cōmittatur stipulatio:que fuerunt tpe interpositionis stipulationis.l3 de rebus postea inductis in domo teneatur z cōmittat stipulatio.vt.ff.eo. damni.§. si is q vicinas. Undecimum q iuste habeat edificiū pro q̄ petit satisdari sibi: alias si illicite edificauit stipulationem nō petet.vt.ff.e.qui bona.§.si quis iusta.Et no.q pro ope priuato est satisdandum in alieno:cauendum in pprio. in publicis de vicio opis tantū: vt.ff.eo.si finita.§.deide.z.l.hoc amplius.§. q̄situm.z.l. fluminū.§.j.z.ij.z.iij. Duodecimum vt si non satisdet vl' caueat mittatur actor in possessione ediū ruino

sarū. vt .ff.e. si finita. §. ex hoc edicto. vt t:dio affectus veniat cautur⁹ vel satisda tur⁹ ꝛ hoc ex pmo decreto. ꝛ sic dñs non deijcief. Si aūt fiat missio ex secundo de creto fiet dñs. si ille fuit dñs. alioqn para tur sibi vsucapiēdi cōditio. vt. ff. e. si fini ta. §. iulia. ꝛ postq̄; vsuceperit vel factus est dñs nō erit loc⁹ cautioni vel satisdatio ni. vt. ff. e. si finita. § postq̄. Uerū si ille in cui is domo debebat fieri missio si phibe at tenebitur actione in factum ad interes se ex illo interdicto ne vis fiat ei: p quam actionem si sit consecutus interesse non aget ad cautionē. vt. ff. e. damni §. si pu p illus. ꝛ. §. cassius. ꝛ. §. si mandato. ꝛ. §. nō solū. Tertiumdecimū vt insolidū ca ueaf vl' satisdef. vt. ff. e. stipulatio. Quar tumdecimum vt si stipulatio sit interposi ta ꝛ postea dānum detur. qđ detur vel cō tingat culpa edificij: vel ipsius q cauit vl' satisdedit: al's nō cōmittit stipulatio. vt .ff. e. damni. § quā q̄. ꝛ. §. cassius. ꝛ. §. itē apud iul. Quintumdecimū. vt si plu res sint q debēt stipulari noie dāni infe cti vel stipulationē recipere: stipulationē recipiat sine adiectiōe partis puta: pro mittis nobis noie dāni infecti: de sua gli bet pte stipulari videf aliogn si qlibet sti pulef: pone p tertia: cum tres essent dñi. ps adiecta parti partē faceret. i. qꝛ stipu latus videf de tertia tertie. Ceterū si plures sint q debēt stipulationē interpone re: qlibꝫ pmittat p te tia p indiuiso. po ne q tres dñi erāt pro indiuiso illaꝝ ediū ne si aliter pmittant videref quilibꝫ inso lidū obligat⁹. vt. ff. eo plures: cū ex oi cō tractu pñt fieri plures rei debendi. ff. de duob⁹ reis. l. eadē. Eodē etiam modo cre do in pluribus debentib⁹ recipe stipula tionē. si dicunt ita promittas mihi p ter tia totius dom⁹ p indiuiso: aliogn rō di uersitatis reddi nō posset. ¶ Actor autez
3 his positionib⁹ vtatur. † Positio actoris. Ego dico q edificiū tale est ita ruinosum q damnū defacili ptinget. ¶ Itē illud damnū vicio operis cōtinget: si nō est da tū: si est datū dicat cōtingit. ꝛ hꝰ si agaf de vrbano edificio. ¶ Ceterū de rustico pre dio dicas i positione vicio soli. ¶ Itē de nūciaui tibi vt caueres mihi: vel satisda res: vel denūciaui domui tue cū te nō iue nissez. ¶ Itē petij corā iudice vt mihi ca ueres vel satisdares. ¶ Itē in ego iuraui vl' parat⁹ sum iurare q calūnie aio nō pe to cautionē interponi. ¶ Itē q tu pmisi sti mihi vl' satisdedisti noie dāni infecti. ¶ Itē iudex apposuit certū diē ifra quē debet cautio ista durare. Itē hoc solo re medio ꝯsulit mihi. ¶ Itē istas edes ha bebam ego vicinas tpe interpositē sti pu latiōis ꝛ tot res habebā i domo. ¶ Itez tale edificiū iuste habebā iuxta tuū ruino sum. ¶ Itē qꝛ noluisti mihi cauere: fui missus in possessione ediū ruinosaꝝ. ex p mo: vl' ex scđo decreto tu me phibuisti. ¶ Itē cū sis dñs isolidū tu mihi cauisti p tertia. ¶ Itē dānū qđ cōtigit: cōtigit culpa tui cauentis vel vicio edificij. ¶ Itē tu cauisti p tertia qꝛ p tertia dñs eras. ¶ Ecōtra reus vtaf istis positiōib⁹.
4 † Positio rei. Ego dico q edificium meū est bene munitū: si illud ꝯfi. ac. suc. qꝛ iam ruinā nō minaf. ¶ Itē illud dānum qđ dicis illatū: datū fuit ex maria vi vētoꝝ. ¶ Itē mihi denūciasti cū irē ad scholas ꝛ sic extra iudicium. ¶ Itē cū a te peterē vl' de calumnia iurares iurare renuisti. si hoc ꝯfi. ac. suc. vt. C. de iureiurādo pp calūniā. l. ij. ¶ Itē dico q post diē a iu dice appositum damnum ꝯtigit. ¶ Itez tu potes hic contra me actionē cō: diui dūdo cū res ista mihi ꝛ tibi cōmunis sit. ¶ Itē edes istas p qbus agis tu emisti post interpositā stipulationē. ¶ Itē illas domos illicite edificasti. ¶ Itē volui ca uere ꝛ tu cautionem recipere recusasti. ¶ Itē tu es p tertia pte dñs: ꝛ ego caui tibi p tertia pte tue ptis: nec miref aliqs de istis varijs positionib⁹: qꝛ vna videtur alteri ꝯtraria. iđ euenit qꝛ hic tractaf de trib⁹: de cautiōe vel stipulatione interpo nēda de dāno dato post cautionē interpo sitā. Itē si nō fuerit cautū quid faciat iu dex. ꝛ si phibeatur postq̄; missus fuerit qd fieri debeat: vñ pōnes si vario modo fiant non est miꝝ. ¶ In hac aūt actione

ↄcipiet actor ita libellū In pmio qñ vult
5 petere cautionem interponi. † Libellus.
Ago. e. R. cōtra. M. quia edificium suū ꝫ
minaẗ ruinā edificio meo: vel cū habeat
edificiū ruinosum iuxta edificiū meum: ꝛ
posset de facili mihi dānū contingere. ꝙ
mihi caueat noīe dāni infecti: vel satisdet
ꝛ ad hꝰ ppono officiū iudicis. Qđ ita re
cte ↄcip. lib. dicit. l. ii. e. l. j. ꝛ. l. dico. ꝛ. l.
ptor ait. §. j. ꝛ. ff. de pto. stip. l. j. ꝛ insti. de
diui. stip. ita cōcipietur libellus p cautione
interponenda. Oppositio. ¶ Sꝫ oppo
nitur ꝙ videẗ libellus male cōcepꝰ. ¶ In
pmio. l. dicit ꝙ sine actione nemo experi
tur: vt. ff. de admini. tuto. l. qtius. §. si ipa
li. ff. de neg. ge. si pupilli. §. fi. ff. qđ metꝰ
cā erat. hic aūt ꝛ si sit ppositū officium
iudicis: nō est actio. vt ff. de minoribꝰ: qđ
si minor. §. vlti. Rñō. similis oppositio
posset fieri in oībꝰ in qbꝰ imploratur offi
ciū iudicis. vt in restitutionibꝰ: ꝛ in cau
sa alimentoꝝ: scđm ꝙ dicit vnū generale
iudicis officiū. Uñ sicut nemo sine actione
experiẗ: vel sine illo qđ obtinet vicem ac
tionis: sic in officio iudicis. Oppositio.
¶ Itē adhuc oppoit̃. certū est ꝙ qcun
qꝫ nob obligaẗ. aut ex cōtractu vel quasi.
aut ex maleficio vel qsi. vt insti de obli. ꝛ
ff. de actio. ꝛ obli. l. j. hic autē nullo iure
mihi obligatus est ꝗ ↄtra cū nō ago. Rñ.
vera est regula vbicūqꝫ ago cōtra aliquē
actiōe psonali cū pero aliqd mihi presta
ri ex iure meo. at qñ intēto iudicis officiū
nil intēto qđ iure meo mihi cōpetit sed
quoddā auxilium ab ipso iudice imploro
¶ In realibus ago contra illum q nullo
iure est mihi obligatꝰ. sed ideo: quia rem
hꝫ seu possidet. vt insti. de act. § ꝛ ita hꝰ
si nullo iure sit mihi obligatꝰ: sic tñ in hoc
ago cū edificia ruinosa possideat. sic eniꝫ
actio in rē possessorē psequitur. vt. C. de
alienā. iud. mu. causa fac. l. j. ff. de rei vē.
officiū ita ꝛ hic. vt. ff. eo. iter qđ. §. si. do
minꝰ. Simile etiā habeo in actione in fa
ctū de pauperie. q nō orit nec ex cōtractu
vel qsi, nec ex maleficio vel qsi. a al enim
nō dī delinquere cū sensu careat: sed ta
men teneẗ qui hꝫ aial. vt. ff. si qdru. pau.
fe. di. l. j. ꝛ. lex etiā in cā damni parificat
ista duo. s. edes ꝛ aialia. vt non sint nobis
vltra eorū estimationē dānosa. vt. ff. e. p
tor ait. §. hoc edictū. Oppositio. Itē nō
videtur ꝙ aliquo mō possit dñs edificij
ruinosi conueniri etiā ad cautionē: naꝫ si
edificiū meū minaẗ tuo ruinaꝫ: qre volo
cauere noīe dāni infecti de dāno postea
contingente: cū edificiū sit res q̄ spiritu
caret licet qdrupes spiritū habeat. vt. ff.
e. ptor. Rñō. iusta est rō: nōne diximus su
pra ꝙ ad istā cautionē agimꝰ: quotiēs p
pter viciū operis damnū cōtigit: vel eꝰ vi
um: ergo culpa dñi pcessit in edificando
opere: quare ad cautionē teneẗ. Uñ cū ha
beas electionē vel cautionē interponere:
vel edes pro derelicto hēe. si cautionē vis
prestare habebis edes tuas sicut sup di
ximus. ¶ Si autē vis concipere libellū
6 qꝫ damnum sit secutū ita dices. † Libellꝰ
Ego. R. ago ↄ. M. qui cū mihi pmisisset
noīe dāni infecti pp̄ter edificium suū rui
nosum quod erat iuxta edificiū meū: illud
cecidit ꝛ totū meū edificiū destruxit: vnde
ꝙ pdictū damnum mihi emendet vel re
sarciat ago cōtra ipsum: ꝛ ppono actio
nē ex stipulatu. Qđ ita recte cōcipiatur
libellus. dicit. l. ff. e. pretor ait. §. j. ꝛ. ij.
¶ Si autē fuit prohibitus quādo debuit
mitti ex primo decreto vel ex scđo. quali
ter cōcipiaẗ libellus quere supra. ne vis
fiat ei qui in posses. missus est. ꝛ ibi inue
nies [illegible]
¶ Si legatum relinquaẗ legatariꝰ pōt pe
tere ab herede caueri seu satisdari de le
gato illo prestādo ꝛ hꝰ p officiū iudicis.

¶ De satisdatione legatario prestanda per
officium iudicis. Rubrica.

1 Satisdatio legatario prestanda ad hoc vt
peti possit: quot requiranẗ.
2 Satisdatio dicta semel iterponiẗ: ꝛ non
sepius nisi noua causa allegetur.
3 Missio in posses. multis de causis impe
diri potest:
4 Legatarij plures si i posses. mittaẗ: licet
vnꝰ pmo: alter secūdo: nullus erit potior
altero: sed oēs ius equale habebunt.

q ea q diximus de actiõe penali q non cõpetat emptori sciēti. verū est quādo emptor a pncipio sciuit.s.tēpore emptionis: alio qn posterior sciētia sibi non nocet. vt .ff.de liberali causa.l.nō solū.§.penul.

¶ In hac aūt actõe cõcipiet actor ita li
4 bellū. † Libell9. Uob.d. cō.e.R.de.M.
q sciēs se liberū se ad pciū pticipandū venūdari passus est a titio mihi ignorāti suam cõditionē: z credenti eū seruū esse. z ipse postea ad libertatē pclamauit: z obtinuit: cū oia ea q debuerunt interuenire non interuenerūt. vñ cū p emptiõe ipius mihi.c.absint: ideo illa mihi in duplū solui peto. ad hoc ppono actionē in factum inductā ex edicto ptoris de liberali causa Qŏ ita recte pcipiat libellus dicit.l.ff. de liberali cā.l. rectissime.z.l.in tñi.z.l. vl' obligatus. Oppō. Sz opponit: nā nō videt q actio ista cõpetat ɔ illū q modo pclamat in libertatē certū est.n.q quando ipm emi: illum mihi obligare nolui. si g nolui obligare qūo mihi dat cõtra illū actio: nō videt. vt ar.ff.cõi diui.l.in h in dicto. Rñ. qŏ opponis locū hz in actiõe q ex cõtractu vel q si descēdit. at in actione ex maleficio secus qz delictū cõmisit ille a principio. z nūc quādo pclamauit delictū illud consumauit.

¶ De actione in factum descēdente ex illo edicto.

¶ De bonor. aucto. iudi. possi. q dat contra illos qui in possessionē missi sunt z fruct9 percipiunt. Rubrica.

1 Actio de bon. auctori. iudi. possi. ad h vt procedat: quot requirantur.
2.3 Positiones actoris z rei in tali actione.
4 Libellus in tali actione qūo cõcipiat.
5 Actio dicta an cpetat pro damno dato in rebus illis, in quibus missio facta fuit.

QUia multotiēs aliqui mittunt i possessionem bonorum alicui9 ex varijs causis: aliquando propter legata: de quo habes rubricā specialē, vt in pos.legatorū. Aliquando etiā pter alia: vt rubricā damni infecti. vt.ff.de damno infecto.l.si finita.§.vlti.ff.de acquiren.pos.l. possideri.§.vlti. z in quorum in leg.l.j. Mi qui pp cõtumacia ɔuenctis actiōe reali vel psonali. vt C.de bonis aucto.iud. possi. p totū. z ff.eo.ti. z.ff.ex qb9 causis i pos. eatur. z in auc. de exhibendis z introducēdis reis.col.v.z.C.de pscript xxx. anno.l.si quis emptiõis.§ penl. q oẽs si mittant in pos. nō possident s; tm tenent. vel ill. pdictis. pterq; in actione reali vbi est dissensio. an missus in pos. infra annum possideat. de q al.hi dicemus. nec pnt fructus pcipere: nisi cõtingat rõne persone puta filia neptis. pneptis. vxor ve. ita tñ si nupta nō sit. nec fuit quicq; hat eat. vt .ff.in pos. legatorū l.pe. z nisi contingat rõne cause. puta in petitiõe hereditatis: vbi ille q mittit in pos.pcipit fruct9 z lucrat. vt.ff.ex qbus causis in pos.eatur.l. fulcinius.§.vlt. Uerz qz isti taliter missi aliquādo pcipiunt fructus z damnū dāt ideo ptor succurrit ei in cui9 bonis missio facta fuit. p actionē in factū: p quā fructus pceptos creditor sibi tenet restituere z damnū emēdare. vt.ff. de bonis au
1 cto.iudi.pos.l.ptor ait.j.rñso. † ¶ Unde
ad hoc vt actio ista cõpetat tot sunt necessaria. ¶ In pmis q cā aliqua precedat. puta debiti: vel legati. vl' alteri9 cause p quā creditor petat in bonis missionē. vel q petebat creditor z debitore inuento cõtumace facta est missio. ¶ Scdz q illud petat a iudice. ¶ Tertiū q iudex mittat illū in pos. ¶ Quartum q iudex fuerit talis qui potuerit mittere. sicut hec probantur per leges superiores z.ff. ne vis fiat ei qui i pos.mis.l.j.§.hec verba. z.ff. de iurisdi.om.iudi.l.iubere cauere. z.ff. ad municipales.l.ea.z.l.magistratus. ¶ Quintum q pcipiat fruct9 vel damnū det. vt in predicta.l.pretor. ¶ Uñ in
2 hac actione ac.fa.ta.po. † Positio actoris. Ego dico q tu petebas a me decem. ¶ Item vocat9 a iudice nō veni. ¶ Itē iudex misit te in posses.talis pdij. ¶ Itē ex illo predio tot fructus percepisti: vel damnū dedisti. ¶ Ecõtra reus fa.ta.po
3 si. † Positio rei. Ego dico q hoc anno fuit sterilitas. ¶ Item in illo fundo in quo fui missus

fui missus in pos. venerit in locuste z bru
cus. si ista cõi ac. succũbet. qz ex quo fuit
sterilitas fructus nõ potuerũt pcipi. vt.
ff. locati. z cõ. l. ex cõducto. §. si vis. z. C.
loca. z con. l. lz. ¶ In hac aũt actio. cõci
4 pietur ita libellus. † Libellus. Uobis. d.
P. cõ. c. R. de M. qui cũz missus esset in
pos. talis predij mei vel domus vel rei nz
mearũ: fructus tot ex illis rebus pcepit:
vel res deteriores fecit. vñ vt fructus il
los mihi restituat vel dãnũ datũ resarci
at. ago cõtra illũ: z ad hoc ppono actio
nem in factũ ex edicto ptoris de bonis au
cto. iudi. poss. d. Nõ ita recte conci. ib.
dicit. l. ff. de bonis auct. iud. possi. l. pto
rit. j. respõ. Oppositio. Sed oppenit. nez
nõ videt q actio ista p fructibus possit i
tẽtari. nã cũ actio in factũ sit subsidiaria.
vt. C. de sacrosan. ec. l. sancimus. z. ff. de
pscrip. verbis. quotiẽs. si ergo alia cõpe
tat: ista locũ nõ habet at hic locum habet
scz furti. vt ar. ff. de furtis. l. inficiãdo. §.
vlt. nã sicut ibi colonus post tempora lo
cationis finita: si pcepit fructus tenet fur
ti. ita z hic. ergo z ista locũ habere nõ po
test. Rñdeo. non est locus oppositioni sin
na ad id qd dat ac. furti q dat ad penã:
sed hec nõ dat illa: qz ad rẽ ipsam. Op po
sitio. Si tu opponis ad rẽ ipsaz z in hoc
casu dat cõdictio furtiua q est ei psecuto
ria ergo ista nõ datur. Rñdeo. condictio est
de iure ciuili. at ista est de iure pretorio.
vnde eodem iure nõ dat. hoc etiam vides
in actione de dolo que tunc demũ cõpetit
cũ alia. s. pecuniaria ad rẽ ipsam nõ super
sit. si autẽ alia detur z criminalis nihilo
minus datur ac. de dolo. vt. ff. de dolo. l. ij. z
l. si quis affirmauerit. vel aliter leges ille
de quibus opponis qd tunc demũ datur
illa actio in factũ quando alia nõ superest
de ciuili actione in factum loquuntur. at
pretoria actio in factum sicut ista: bene cũ
5 alijs posset concurrere. † Questio. Item
queritur in eo qd dicitur q actio ista cõ
petat pro damno dato in rebus illis in q
bus fuit facta missio. nam non videtur q
sta detur. cũz alia superest. s. legis aquil.
actio vel vtilis aquil. vel in factum. vt di
stinguitur: instit. ad legez aquil. §. vlti.
Respõdeo. lz lex aquil. posset cõpetere: ni
hilominus z ista cõpetit. quia cum ista in
factum sit pretoria nihilominus z cũ alia
concurrit: sicut in superiori questiõe dixi.

¶ De actione in factum ex eodem edicto.

¶ Per quam creditor missus in possessionẽ
recuperat expẽsas factas in re illa. Rub.

1 Actio: per quaz creditor. zc. ad hoc vt ve
niat que exigantur.
2. 3. Positiones actoris z rei in tali actione.
4 Libellus in tali actione quomodo hat.

Sicut succurri uur debitori contra credi
torem: qui fuit missus in possessionez: vt
fructus recuperet z sibi damnum eme i
deatur vt in superiori actione diximus: ita
succurritur isti creditori qui missus i pos.
rerum illarum fecit expensas per preto
rem. qui sibi dat actionem in factum: per
quam recuperat omnes sumptus factos
sine dolo. vt. ff. de bonis auc. iudi. possi. l.
1 ptor. j. respon'o. † ¶ Unde vt actio ista
cõpetat tot sunt necessaria quot diximus
in actione supiori: pterq; de fructibus: z d
dano dato. ¶ Item necessariũ est z aliud
q ille qui est missus in pos. sine dolo malo
faciat illas impẽsas: etiam si ille impense
non sunt necessarie vel vtiles illi in cuius
bonis facte fuerunt ille impense. vt. ff. de
bonis auc. iudi. pos. l. pretor ait. §. qd ait
ptor. Quod sic intelligo q recuperat im
pensas. z si non pluit erogatio expẽsarũ:
subaudi respectu exit⁹. cõsiderato tñ prin
cipio debẽt ille expense esse saltem vtiles.
vt ar. ff. de neg. gest. l. sz an z l. nã o. nã si dat
in factum contra creditorẽ: z omne id ve
nit in ea quod in actione neg. gest. attendi
tur. vt. ff. de bonis aucto. iudi. pos. l. cre
ditores. §. vlti. ergo z qñ datur creditoris
omne id debet cõsiderari q venit similiter
in actione neg. gest. vt contrariorum eadẽ
sit ratio. preterea creditor illas impensas
recuperat quas fecit sine dolo. vt in. l. pre
dicta pretor. In manifesto ergo esset dolo
creditor qui voluntarias faceret. z ideo
saltem ratione principij debent esse vtiles
vt dictum est. ¶ Est z aliud necessarium

ad h vt actio ista spectat. q loc° ille i q fuit ipēsuz pruncat ad iubētē. als missio nulla. vt. ff. de bonis auc. iud. pos. l. cū vnus. §. is q. ¶ Vn in hac actu. ac. fa. ta. po.

2 † Pō Act. Ego dico q ego pquest° fui de te corā tali iudice. ¶ Itē tu citat° noluisti pparere. ¶ Itē iudex misit me in pos. rerū tuaꝝ. ¶ Itē dico q res ille sunt de districtu illius ciuitatis. ¶ Itē dico q in re b° illis feci tales expēsas. ¶ Ecōtra re° fa. ta. po.

3 † Pō rei. Ego dico q tu fuisti cōquest° de me. ¶ Itē citat° veni patus rēspōdere. ¶ Itē iudex ille sine citatione te iussit mitti in possess. ¶ Itē res ille i quaꝝ possessione iussit te mitti sunt i iurisdictione alteri° iudicis. ¶ Itē expēse qs fecisti i fuerūt volūtarie. ¶ In hac act. actor cōcipiet ita lib.

4 † Libellus. Uobis d. M. cō. e. R. de. M. qui cū fuissez missus i pos. bonoꝝ eius vel rei tali ex cā cōtumacie eius. vel ex alia cā expēdi i rebus illis. c. qs expēsas mihi restitui peto. ꝛ ad h ppono actionē in factū ex edicto ptoris d bonis auc. iudi. pos. Nō ita recte ocipiat libel. dicit. l. ff. de bonis auc. iudi. pos. l. ptor. j. rñso. §. qd ait. Oppō. Sz videt q nunq̄ iste ipense repeti possint. certū ē q creditor iste q missus ē i pos hz mō ptoriū pignus. vt. ff. de ac. pigno. non ē mirū. ꝛ C. vt in possessiōe legatoꝝ. l. si possidis. ꝛ. l. q legati. ꝛ. C. si potiores i pign ha. l. ij. ꝛ. iij. nō tenet facere expēsas. qꝛ tenet tm̄ d dolo ꝛ lata culpa. lz pventionalis teneat etiā d leui. vt. ff. d bonis aucto. iudi. pos. l. ptor. §. pterea. ꝛ. C. de acti. pign. l. si creditor. ꝛ. l. si nulla. si g nō tenebat ꝛ sciēns ipendit videt donasse. vt insti. de rerū di. §. ex diuerso. ꝛ. ff. de acqr. re. do. l. adeo. ꝛ ar. ff. de reg. iur. l. cuius. Preterea mirabile ē qd dr qꝛ recuperat expēsas. ēt si illa erogatio in nihilū pfuit debitori. Rideo nō ē locus oppositioni nec seqt istu l ar. nō tenet facere ipēsas: g si fecit nō repetit nā fallit. nā neg. gest. non tenet negociū gerere. ꝛ si fecit expēsas repetit etiā si nō habuit bonū euentū. dūmodo a principio fuerint vtiles. vt ff. de. neg. gest. l. si. l. an ꝑtro. ꝛ. C. de neg. gest. l. tutori. l. h ēt vide i herede q nō tenet reficere res quaꝝ relictu s est vsufr. tm̄ si refecerit hz act. negocioꝝ gestoꝝ ꝯ fructuariū. vt. ff. de. vsufr. l. sz cū fructuarius. §. nō magis. ꝛ. l. si absente fructuario. nā l gnale ē. q quotiens cūqz facio expēsas i re aliqua: si facio tanq̄ i re mea: tm̄ retētionē habeo ꝛ nō actionē. qꝛ neminē mihi obligare volui. at si in re aliena habeo actionē neg. gest. vt. ff. cōi di. l. in hoc iudi. §. ipēdia. Oppō. Itē nō videt q act. ista ꝯpetat. nā i cū sit subsidiaria. si g alia ꝯpetit ista nō dz dari sicut i supiori actione diximus. at cōpetit alia. s. ꝯtraria pignoraticia q dat creditori si facit expēsas i p gnore. vt ff. d pig. actiōe l. si seruos. Rideo illa ꝯria pignoraticia isti creditori nunq̄ posset cōpetere. qꝛ illa oritur ex q̄si contractu. vt ar. insti. qbus modis re. cōtra. ob. §. creditor. ꝛ insti. de obliga. q ex q̄si ꝯtractu nas. §. Itē si inter alios. ꝛ dat creditori pventionali. qꝛ cuz habeat pignus ex cōuentione: ꝛ p ius ciuile hz ēt actionē illā de iure ciuili iductā. at iste creditor cū habeat pignus ptoriū nō posset sibi actio q ē de iure ciuili ꝯpetere. nisi forte qs vellet dicere q ꝯpeteret illa vtiliter. ꝛ sic daret isti vtilis pignoraticia. vñ tanq̄ subsidiariam ptor huic creditori hāc act. in factum pro impensis dat.

¶ De actione in factum descendente ex illo edicto.

¶ Si quis testa. liber esse iussus fuerit que datur contra seruum surripientē aliquid post mortem domini ante aditam hereditatem. Rubrica.

1 Actio si quis testamento ꝛc. ad hoc requiratur quot necessaria sint.

2. 3. Positiones actoris ꝛ rei in tali actione.

4 Libellus in tali actiōe qnomō formetur.

Quia aliqn̄ prando seruus spe libertatis in dñi testamento relicte post mortem dñi ꝛ ante aditā hereditatē: aliquid d bonis defuncti subtrahit: vel defuncto rē pignoratā: vel rē aliquā. quā interer at heredis nō esse subtractā. ꝛ quia deficiebāt omnes actiones ciuiles: ideo pretor actio

nem in factum dat heredi cōtra illuz: et in tra annum vtilē: p quā duplū ab illo subtracte rei heres cōsequitur: q duplum est tantum pena. quia nihilominus heres potest rem vendicare. sicut ista probātur. ff. si qs testamento liber esse iussus. l. j. primo responso. et §. hec actio. et §. in summa. et §. illud. Et sicut daē pro rebus subtractis ita ēt daē pro dānis datis in hereditate ab illo seruo. vt. ff. e. ti. l. j §. non tantum. et cōpetet similiter in duplum intra annuz vtilem. † ¶ Unde ad hoc vt actio ista compe
1 tat tot sunt necessaria. ¶ In primis q aliquis condat testamentum et legitimum. ¶ Secundum q in eo det libertatem seruo suo pure. vel sub conditione que post aditam hereditatem cito existat. ¶ Tertiuz quod ille testator moriatur. ¶ Quartum q seruus ille libertati donatus res subtrahat ante aditam hereditatem: vel damnum det. ¶ Quintum q dolo malo vel lata culpa det illud damnum vel res illas subtrahat. ¶ Sextum q heres futurus sciat aliquid esse amotum vel corruptum ab illo seruo. alias ignorantia domini non inducit hanc actionem. ¶ Septimum q annus vtilis non sit elapsus. sicut hec omnia probantur. ff. si quis testamento. li. ius. esse. l. j. responso. j. et §. itaqz et. l. si paulo. et. l. vlt. Quod autem dixi de hereditate: intelligas quando a nullo heredum sit adita: nam si vnus adiit tātum: et post seruus ille subtrahat res: non competit actio. sta cuz iam sit liber. vt. ff e. l. j. §. ante. ¶ In hac autez actione ac. fa. ta.
2 po. † Positio Actoris. Ego dico q titius fecit testamentum. ¶ Item me in illo heredē instituit. ¶ Item in illo testamento tibi reliquit libertatem pure ¶ Item testator ille mortuus est. ¶ Item ex illa hereditate res tales subtraxisti: ¶ Item dolo malo vel lata culpa damnum in rebus hereditarijs dedisti. ¶ Item post ista ego adij hereditatem. ¶ Item quando tales res amouisti vel damnum dedisti ego sciui. ¶ Item restat adhuc de anno vtili ex quo ista fecisti. ¶ Econtra reus fa. ta. po.
3 † Positio rei. Ego dico q titius reliquit mihi libertatem sub conditione. ¶ Item viuente domino meo titio tales res subtraxi: vel damnum quod dedi te ignorante feci. ¶ Item in dando leuem tantum culpam commisi. ¶ Item iam annus vtilis transit. ¶ In hac autem actione cō
4 Questio. † Sed illud queritur: ad quid detur hec actio contra illos: siue mandati siue locati siue in factum. Respondeo ad interesse dominij non ratione possessionis: circa quam nullum preiudiciū domino generatur. Sed circa suuz interesse: quia sustinuit damna fecit expensas in agēdo: circa aduocatos z circa executores sicut faciunt illi qui causas tractāt; qz nōnullas

morās habet exceptio iudicij. vt. ff. vt in poss. lega. l. j. etiam ꝛ multas expensas ꝛ sumptus cause quotidiane requirunt: sicut dicunt etiam plura iura. C. de iu. iu. propter calumniandum. ꝛ. l. sancimus: ꝛ dicunt rubrice speciales. C. de sportu. ꝛ sumptu. in iudi. faciendis. ꝛ. C. de fruc. ꝛ lit. ex. licet enim nullum preiudicium domino generetur: tamen oportet ꝙ dominus possessionem illam auocet ab illo detentore: in cuius reuocatione oportet ipsum multas expēsas
5 facere. Questio. † Sed illud queritur: ponamus ꝙ predicte persone sint non soluendo: qualiter domino consuletur circa istō tale interesse: posset presumi ꝙ tenetur ille qui habet detentationem possessionis illius. ꝛ est arg. ff. de eo per quem factum est. l. vlti. ꝛ. ff. de lega. j. plane. sed contrariū credo. nā in legibus illis aliud: qꝛ ibi succurritur mihi de equitate contra debitorem meum antiquum. vnde non videt cōditio illius facta deterior. vt. arg. ff. de pac. l. si vnus. hic autem vult agere circa ista accessoria ad que non credo ꝙ illi cōpetat actio contra detentorem. Si tu dicis quid faciet. Respondeo. cantabit vacuus coram latrone viator. ꝛ eius periculo nihil est qui nihil habet. vt. ff. de furtis. l. itaqꝫ. ꝛ inanis est actio quam debitoris inopia excludit. vt. ff. de dolo. l. nam bis. Sin autem necdum sub manibus procura
6 toris ꝛc. † Ab hinc vsqꝫ ad finem hoc nota: ꝙ licet domino nullum preiudiciū generetur in possessione iam acquisita ex dolo vel negligentia predictarum personarum: in possessione tamen acquirenda domino preiudicium generatur: puta mādauit dominus al. cui procuratori colono vel inquilino vel seruo ꝙ possessionem alicuius rei acqreret nomine domini. pone ꝙ aliqua possessio domino debebatur tradi ex aliqua causa: fuerunt negligentes predicte psone: dño preiudicium generatur: ꝛ est qđ sibi dñs debeat imputare: qꝛ mala electio est in culpa. ꝛ quare: assignant rōnem: qꝛ hic tractat dominus de lucro captando: in pma parte de damno euitādo: tamē si qua actio competat dño contra illum q possessionē illā detinet actō illa salua erit: ꝛ mihi dominus salua erit actō dño contra istum procuratorem colonum vel
7 inqlinum q fuerunt negligentes. † ℭ Ex his q̄ dicta sunt nota duo. Primū ꝙ mala electō ē in culpa: vt hic. ꝛ. ff. si agri mēsor fal. mo. dixe. l. j. ꝛ. ff. đ actō. ꝛ obliga. l. ij. ꝛ. ff. pro socio. l. socius socio. ꝛ insti. p socio. §. vlt. ꝛ. ff. ad. l. aql. item mela. §. j. ꝛ. ff. de arbitris. l. diem. §. stari. ꝛ. ff. do
8 mino. l. cum mandato. † Item nota aliud ꝙ iura magis subueniunt nobis circa dāna q̄ꝫ circa lucra: qꝛ non est par rō debita amittere ꝛ lucra non capere. vt. C. de codicil. l. vlti. ad idem. C. de iur. delibe. sancimus. §. licētia. Hoc idē estimauit proculus. nam possum fodere immo ꝛ precidere venas putei tui: ꝛ eleuare edificium: ꝛ auferre lumē qđ hēbas a loco meo priuato: nec infero dānum sed aufero lucrū: qđ possuꝫ. vt. ff. đ dāno infecto. fluminū §. vl. ꝛ. l. seq. ꝛ. l. pculus. ꝛ. ff. ne quid i loco publi. l. ij. §. dānum. Et sic ex istis duobus notabilibus nota hec optima ar. ad questionem de facto. ex primo cōtra illos qui malos prelatos potestates ꝛ officiales eligunt: ꝛ contra illos qui turpes ꝛ deformes vxores accipiunt. vt non possit illos reprobare: vel illam cu⁹ mores pbauerunt. vt. ff. ad. l. iul. de adulte. si vxor.
9 † Et scđo nota argu. ad questionem de facto: qdam construxit quādā ecclesiā i parrochia alterius de licentia superioris: qꝛ alio modo nō posset. modo querit antique ecclesie plans: ꝙ ille aufert sibi decimas. Rndet ꝙ possum: qꝛ nō infero dānum sed aufero lucrū. ℭ In hac aūt lege
10 concipietur ita lib. ꝺm primā partē. † Libellus. Ago ego. R. cōtra. M. qui possessionem fundi talis quam per procuratorē talem colonū seu inqlinū hēbam: seu queꝫ fundū per illos possidebam: nūc detinet. vnde vt mihi restituat ago contra ipsum. ppono conditionem ex lege. C. de acqrē.
11 poss. ex libris. Libellus. † Uel aliter: ago contra talem vt possessionem fundi talis quam per procuratorem colonum seu inquilinum habebā: ꝛ ipse dolo siue desidia

ipsorum

ipsoꝝ accipit seu detinet vt mihi restituat ꝓpono cōditionē ex lege illa ex libris. C. de acquir. pos. Q̄d sic recte cōcipiat͂ lib. ꝓbat. l. p̄dicta. Sed obijcit͂: dico in libel/ lo ꝙ mihi restituat. v̄bū restituere sonat in expoliato: ergo si sum expoliat⁹ quo mō. n̄. dr̄ in lege p̄senti ꝙ nullū preiudiciū do/ mino generetur. Respōdeo licet ibi oppo/ natur verbū restituere: nō tamē sequit͂ ꝙ sim exspoliatus. nā qd̄ dicitur ꝙ restituat ratione detentationis dicit͂ quam habet aduersarius. simile in petitorio habes. ff. de rei vendica. qui restituere. simile habes econuerso: ꝙ dicitur mihi fieri restitutio rei illius cuius nunq̄ʒ habui possessioneʒ. sed dicitur restitutorium respectu restituē/ tis. vt. ff. quorum bo. l. j.

¶ De constitutione inuasor. Rubrica.

1 Actore non probante per testes vel alio modo reus absoluitur.

2 Facto proprio errans non auditur.

3 Error vel incuria alicuius domini an in causa sit: quare alius possideat.

4 Possessio uacans quo pacto restituenda veniat.

5 Restitutio possessionis illi qui non posse/ dit: nec possidet quo pacto fienda sit.

Libellus in tali actione qūo formetur.

6 Facta prouisione per legislatores contra occupatores seu inuasores reruʒ que ab alijs possidentur in omnibus casibus i quibus constitutiones superiores loquun tur: prouidetur etiam circa illos qui occu pant possessiones rerum vacantium. in q/ bus casibus prodita est constitutio cū que rebatur. ⁊ hoc planum est. Est ⁊ prodita se cundum quosdam alia constitutio que vo catur inuasor. ⁊ ideo de his videamus. Et primo de constitutione illa inuasor in qua pauciora dicēda occurrūt. Inuasor. Reꝝ immobilium. vt instit. vi bonorum rap. ⁊. ff. de vi ⁊ vi arma. l. j. §. si de naue. ꝑ mo/ bilibus enim non habet locum interdictū nec forte ista cōstitutio. Locorum. Ab alio possessorum. ⁊ sic prima pars. l. loquitur in possessione non vacante: licet secunda pars. l. loquatur in possessione vacante: vt. j. dicemus. Pena teneatur legitima.

Sed videtur ꝙ lex ista locum non habeat nec q̄tū ad primā partē: nec q̄tū ad secū/ dā. q̄tum ad primam nō. Nam tempore harum legum nulla pena saltem impone/ batur violento. Item secunda pars. l. vi/ detur ꝙ hodie locum non habeat: quia pe na imponitur. C. vnde vi. l. cum querebā/ tur. Sed respondent quidam ⁊ dicunt: im mo prestabatur per constitutionem si quis in tantam. sed illa posterior ⁊ hoc ex ordi/ ne. sicut vides quia posterius posita est: ⁊ ex mandato Iustiniani precipientis cōsti/ tutiones priorum imperatorum priore lo/ co ponendas. vt. C. de iustinia. C. facien/ do. l. hec que necessario. ⁊. ff. de albo scri/ ben. l. j. sed ipsi dicunt ꝙ hic fuit erratum a scriptoribus. nam lex si quis in tantam debet esse anterior: quia fuit Ualentiniani Theodosij. lex ista inuasor. fuit cōstantini. qui fuit fere proximus ante iustinianum. nam post cōstantiū fuit iustinus pater Iu stiniani. vt inst. de dona. §. est ⁊ aliud. post iustinum fuit iustinianus. Uel dicas illud additum a compositoribus noui iuris: q̄a tempore harum legum nulla pena presta/ batur. Uel aliter pena teneatur legitima. pena scilicet interdicti vnde vi. scilicet vt restituat rem cum fructibus perceptis ⁊ percipiendis. vt. ff. de vi ⁊ vi ar. l. j. §. j. ⁊. §. rectissime. Oppositio. Sed videtur ꝙ considerata natura interdicti nulla pe na imponatur: ⁊ hoc probo. nam si rem restituit id est possessionem rei. in hoc nul/ la pena: quia ⁊ violentus nihil de suo sol/ uit: ⁊ expulsus nihil recipit preter posses/ sionem rei sue. hoc etiam idem in fructi/ bus perceptis. in percipiendis autem pos set ita esse ꝙ esset pena violenti respectu: quia soluit illud quod nunq̄ʒ ad eum per/ uenit respectu violentiam passi nulla ē pe na: q̄a fructus illos recepit quos habuis/ set si ei possidere licuisset. vt. C. de fructi. ⁊ li. expen. l. ij. Respondeo prima est pena considerata natura interdicti saltem in re bus que naturali morte penes violentum perierunt. vt. ff. de vi ⁊ vi ar. l. j. §. rectis/ sime. nec enim liberatur violentus per rei interitum naturalem cuʒ semper sit in mo

ra: sicut fur ꝛ raptor. vt. C. de condic. ob tur. cau. l. vl. ꝛ. ff. de condic. fur. l. i re fur tiua. §. vl. ꝛ. l. vl. Uel dicatur pena impo ni ex natura interdicti fructibus percipiẽ dis vt diximus: licet nõ sit pena respectu recipiẽtis: est tñ pena respectu soluẽtis qd soluit: qꝛ nunq̃ ad eũ peruenit. ꝛ sic ipro prie dicitur pena: ꝛ mera pena est ex parte vtrinsqꝫ quando soluitur illud mihi quod nunq̃ affuit: ꝛ tu soluis quod nunq̃ tibi affuit: sicut duplum in actione furti nec manifesti vel quadruplũ in actione furti manifesti quod totum est pena. vt institu. de obli. que ex deli. nas. Uel aliter pẽa teneatur legitima. s. l. iul'. de vi publi. si violentia fuit facta cum armis. vel. l. iul'. de vi priua. quando violentia infertur sine armis ex quibus pena imponitur ꝓportationis. vt ex prima ꝛ ex secunda tertie partis bonorum publicatio. vt instit. de publi. iudi. ꝛ. ff. de accu. l. hos. §. omnibus. ꝛ. ff. ad. l. iul. de vi priua. l. j. Si tamen vi eadẽ loca inuasisse constiterit iudi. Ipsi eniꝫ faciẽda est fides. vt. ff. de cõdic. ob tur. caꝫ l. j. ꝛ super illis rebus de quibus liquet sibi tanq̃ iudici debet ferre sententiam. vt i decre. vi. q. ij. c. si tantum. ꝛ. c. placuit. ꝛ extra de sen. excõ. cum non ab homine. in p̃n. ꝛ extra de offi. iudi. ordi. c. si sacerdos

1 cũ concordantijs suis. † Questio. Sed q̃liter constabit. Rñ. vel per testes vel per ꝯfessionem partis: credis eniꝫ ꝙ si actor nõ probat ꝙ credatur sue soli assertioni. certe nõ immo actore nõ probante reus ꝛ si nihil prestiterit obtinebit. vt. C. de edendo. qui accusare. Nam si per errorem aut incuriam domini loca ab alijs possessa sunt

2 † Sed quãdo potest hoc esse ꝙ aliquis erraret in facto proprio ꝛ circa res suas: certe nõ auditur. Primo qa in proprio facto vt. ff. pro socio. l. vl. Secundo quia vires ꝛ emolumẽtum rerum suarum non debet quis habere incognitum. ꝛ si dicit nõ auditur. vt. C. de rescin. vendi. l. q̃squis. Rñ. bene potest quis errare in proprio facto ꝛ circa possessionẽ rerum suarum: nã errando credebã forte maternũ qd erat paternuꝫ ꝛ econtra. vt. ff. de iur. ꝛ fac. ig. l. pluri mum. ꝛ. l. iuris. ꝛ. C. eo. l. e. ꝛ. l. cũ falsa. ꝛ quod dicit. l. pro suo. verum est ꝙ ita de facili non admittatur: si sit deperdui hominis ꝛ crassa. vt in p̃dic. ll. ꝛ circa possessionem que vilis est ꝛ abiecta que de facili amittitur non est mirum. Nonne legitur de Plotio qui nomen propriuꝫ ignorabat vt. C. de here. insti. l. vl. Audiui etiam de q̃dam a quo dum quereretur quod esset nomen filie quã desponsare volebat. ipse respondit queram a sacerdote qui ipsam babaptizauit quia eius nomen ignoro. Et qd dicit. l. illa quisquis. de rescin. venditi. nõ obstat: quia non loquitur in casu presenti. sed loquitur ꝙ nullus debet ignorare vires suaꝝ facultatũ. s. vtrum terra sua producat frumentum vel ordeum. ꝛ que sit bona terra vel mala: sed certe pauci sunt: ꝛ maxime cõuersantes in scolis q ista sciãt. Aut incuriam. De his pone exemplum in multis negligentibus: ꝛ maxime in illis q habent amplas possessiones: qui nesciunt etiam de omnibus vbi sint nec curant scire. sunt enim de malefacientibus rationes suas. ex longo enim tempore obliuio sequitur. vt. ff. de vsucapi. l. furtũ. §. j. Questio

3 † Sed illud querit: quomodo per erroreꝫ aut incuriam domini loca ab alijs possidentur: nunquid error vel incuria dñi est cã q̃re alius possideat: ꝛ certe nõ: sed ideo dicit iste per errorẽ vel incuriã desijt possidere: ꝛ sic possessio vacat: si vadat modo aliquis ꝛ intret possessionẽ istã sic vacãtẽ: sine pena possessio dꝫ restitui: hoc oliꝫ tempore hui⁹. l. q̃ tpe nulla pena iponebat in possessione vacante occupata: sꝫ hodie secus: vt in ꝑstõne cũ querebat. † Questio.

4 Sed querit: quo iure restituẽda sit possessio isto vacãs. Rño. glosauit. s. agendo in rem: glosula ista mala: qꝛ p actiõeꝫ in rem non auocat possessio sꝫ ꝓprietas. vt. ff. de rei vẽdi. q restituere. ꝛ. l. is q destinauerit ꝛ aliud est preciũ rei aliud possessiõis. vt. ff. vti possidetis. si duo. ꝛ est ar. ad h. ff. de tritica. l. j. Unde dico ꝙ restituit possessio p ꝯdi. ex. l. sicut p ꝯditiones q̃ intẽtant ex alijs ꝑstõnib⁹: quia vbicũqꝫ p legẽ cautũ est ꝙ agere possumus: nec cautũ est quo

gñe actionis ꝯdi.ex.l.illã anim⁹.vt.ff.de ꝯdi.ex lege.l.vnica.

5 † Questio. Sed qũo fiet restõ possessionis illi q nõ possedit nec possidet:q̃ possessio est vacãs q̃tũ ad actorẽ qũo ꝯcipiet l.b. Rñdeo bene.nã dicam

6 sic.† Libellus. Ago ego titi⁹ contra. M. g possessioné talis fundi vacanté quẽ fundũ dico ad me pertinere iure dñij:auctoritate propria vsurpauit.vñ pe o possess:onẽ illius fundi mihi restitui ꝯdi.ex.l. C.vñ vi.l.inuasor.Fiet mihi restitutio possessionis nõ ꝙ possederim sed dicitur restitutio ex parte possidentis: sicut dicit de interdicto quorũ bonorũ. qđ dicitur restitutoriũ ex parte restituentis non ex parte agentis quia ex illa parte dicitur adipiscendc. vt. ff.quorum bo.l.vnica.

De constitutione cum querebatur. Rub.

1.2 Possessio vacua q̃ dicatur in huiusmodi cõstitutionis casu:⁊ que proprie possessio vacua nominetur.

3 Possessio absentum vel presentiũ ꝙ occupetur:an idem esse dicatur.

4 Judex quomodo possessioné que est apud alium vel etiam que vacat in aliuꝫ sine facto illius transferre possit.

5 Jus sibi auctoritate ꝓpria nullus sibi dicere debet.

6 Jurisdicio generalis:que sunt veteres leges que nam sit.

7 Quod suum est vnusquisꝗ scire tenetur.

8 Stultus si ita aliquis fuerit:qui nihil nouit:quid erit de illo.

9 Illud quod est alicuius quod esse dicitur.

10 Rem alienam ꝙ nullus occupare debeat proxima dispositio est.

11 Tempora minora quare statuuntur quando criminaliter agitur:q̃ quãdo ciuiliter agitur ex crimine.

12 Libellus in huiusmodi constitutioné quomodo formetur.

13 Constitutionis huiusmodi pena an locuꝫ habeat si sit res hereditaria:quaꝫ aliquis occupauit.

14 Constitutio talis an locũ habeat:qñ quis accepit cum dolo vel sine dolo.

15 Constitutio ista an locum habeat: si aliqs occupet rem meam vacantem ab alio:non a me:licet vacua nõn existat.

16 Possessio si erat vacua:quomodo hec cõstitutio locum habere possit.

Ultima cõstitutio ponitur que punit detentorem qui possessionem vacantem alicuius accipit: sine auctoritate iudicis ⁊ sine violentia que punit talem sic accipientem.vt.ĩ.dicemus.⁊ compelletur cõdi.ex.l.ista pos.restituere:sicut statim.ĩ.de omnibus dicemus. Cum querebatur inter illiricinam aduocationem quid fieri oporteret. Hic dominus imperato fuit consultus super questione dubia iuris:quod semper debet fieri si non inuenitur diffinita in corpore iuris. vt. C. de legi.⁊ consti.l.humanum.ff.de fideicom. liber.l.itaꝗ.⁊ fuit consultus ab aduocatione illiriciana.i.de partibus illirij. illa enim cõtra tab. vocatur illiricum: đ quo illirico habes.C. de offi.presec.preto. orientis ⁊ illirici.⁊.C.de temp.appel.l. vlt. circa prin.al:bi etiam fuit consultus a cesariana aduocatiõe.vt.C.de acquir. pos. l.vl.Qui vacuam possessionem absentiuꝫ sine iudiciali sententia detinuerint. Merito fuit dubitabilis:quia secundum iura antiqua que scripta erant omni carebat remedio q̃tum ad possessionem ille cuius possessio fuerat:quia cum non possedisset neꝗ violentia illata fuisset vnde vi nec cõstitutio si quis in tantaꝫ. nec alia quelibet locum habere poterat:⁊ tantum realis actio competebat vt dicit littera sequens. vsꝗ ad illud verbum:nos vero contradicentes ⁊cetera.⁊ ideo de summa necessitate oportet principem beneficium huius cõstitutionis inducere.

1 † Questio. Queritur in primis que pos.dicitur vacua: de qua loquitur constitutio presens. Rño. voluit notare dominus. H. sicut tradit dominus meus in summa super ista.l. quãdo aliqs absente corpore suo animo retinet pos.ali⁹ in absentia illius ingreditur possessionem ille suspicatur se posse repelli: ⁊ ita possessione priuatur: non ex primo facto sed ex volũtate sua:q: habuit aim reliqñdi possessionem.vt.ff.de acqui.pos.l.ꝫ si noluit. ⁊ hec fm eũ đr vacua pos. corpe ſꝫ nõ aio

Sed nonne in hoc casu locum habet interdictum vnde vi. ita videtur, nam posses. amittit vt dicit. l. predic. sz si noluit. Item siue animo solo quis possideat siue corpore: et reuertens prohibeatur ingredi habet interdictum vnde vi. vt. ff. de vi et vi ar. l. j. §. siue autem corpore. et §. idez labeo. nam et qui metu turbe pterritus fugit vi detur deiectus vt ibi. et ff de vsuca. nō solum. § si dominus. Rñ. ipse domin⁹. M. quod non habebat locum interdictum sz cum in casu illo: qz ad hoc q interdictum locum habeat oportet q violentia corpore inferatur. nam vis sine corpore non habet locum: vt dic pomp. ff. de vi et vi ar. l. j. §. idem labeo. qui pompo. in eo §. videtur corrigere labeonem sed nō corrigit: vt statim dicā. vnde si animo possidebam et veniēs fui ꝓhibit⁹: tūc hz locū interdictū. qz violētia nō corpore iferf. vel si qs me i itinere detinuerit. vt. ff. de vi et vi ar. l. j. §. siue aūt corpe. vñ vide i. ff. de acq. pos. i. l. illa possideri. i fin. nā ibi dr qñ aio possidebam et veniens non admittor: vis cōmittif et aduersarius vr vi possidere. et B idem dic. §. ille siue aūt corpore. qz tunc aduersarius vi possidet: et ego videor vi amittere pos. sz qñ suspicor me posse repelli et nolo ad fundum redire: pos. amitto sz nō dr violentia illata. vt i. l. illa de acqr. pos. l. sed si nolit. nō. n. vr vt deiectus qui ꝓfugit et deijci ñ expectauit. vt. ff. qd me. cā. l. metū. et l. de vsucap. Rñdebat dñs. M. q vr vi deiectus q̄tum ad B vt vsucap. nō procedat: et hoc iō. nā p talē suspitū nō pos. amitto vt dictū est: lz violentia nō iferaf si pos. amittif: g vsucapio interrumpif sicut si esset vi deiectus. vt. ff. de vsuca. l. nālr. cum vsucapio sine possessione pcedat. vt. ff. de vsuca. l. sine posses. et ₰m B labeo nō corrigif p pōp. i tit. de vi et vi ar. l. j. §. idē labeo. Sz qd erit ₰m dñz. M. i casu illo: qualr succurref illi q poss. amisit ex suspitione animi. certe ₰m eū oi carebat remedio tempore illarum legum et iō dicebat hāc constōnem iductam. dñs tñ me⁹ dat sibi iterdictū vñ vi vtile. qz lz verba deficiant snia locuz hz, s. qz pos. est amissa: sicut nōtauit i summa vñ vi. et ego notaui. s. i rubri. de iterdcō vnde vi. hanc sniam dñs meus hic adinuenit propter verba q ponunf i lege. violētia i ablata pos. minime procedente. Qd ēt competat vtile iterdcm̄ i casu pmo quādo suspicor me posse repelli. est ar. nā sicut dñs vel pr teneṫ vtili iterdcō si filius vel mercēnarius aliquē deiecit a pos. et possessio deuenit ad prem vel dñm. vt. ff. de vi et vi ar. l. j. §. si fili⁹. Dñs tñ. p. nō admittebat i casu illo qd qs suspicaf se posse repelli q daretur illi vtile iterdcm̄: nisi quando vadens ad fundū nō fuit admissus. Vñ his obmissis dicim⁹ q illa pos. dicaf vacua q̄ ab illo neqz corpe neqz aio ōtinef: et sic i casu isto loqf cstō i quo casu nec directū nec vtile iterdcm̄ competebat illi: et ideo de summa necessitate iducta fuit cstō presens. Qd.

2 † Sed queritur: vr q hoc sta e nō possit. nā ego video q venditor emptori tenetur tradere vacuā pos. vt. ff. de act. emp. et vēdi. l. ex empto. et C. de ꝓba. cū res. et B i debitore et creditore. vt. C. de distrac. pig. l. q prediū. et sic vides q possessio di vacua q̄ corpe et animo possidef. si. n. nullo mō possideref tradi non posset. Rñ tu deciperis i noie. quod. n. hr i. ll. illis hoc idez sonat si bñ itellexeris. dz tradere vēditor emptori pos. vacuam: ita vacuam q a nemine possideaf: neqz aio neqz corpore neqz quod habeat ius i re ad B vt liberef actō. ex empto: non autem esset necesse quo ad translationem dominij: qz tunc dominiū trasfertur ēt si non tradatur vacua. vt. ff. de fun. do. l. si fundus. quem titius possidebat: et sic i illo momento tradit vacuam pos. animo et corpore et a se venditore et ab alio: tamen melius dixisset legislator vacantem pos. sicut illa est quando quis sine herede decedit: cuius possessio dicitur vacans. vt insti. de vsucap. §. quod autem. et C. lib. xij. de communi agro deserto. q agros. Sed ideo posuit legislator de vacua et non de vacāte vt differat ab illa vt det itelligere q loquaf hec cstō quādo qs occupat possessionem alicuius viuentis vacuam: i quo casu nullū inueniebaf remedium:

medium: quia in possessione vacante here ditatis occupata habet locum vel quorũ legatorum contra legatarios: vel quorũ bonorum contra tenentes res hereditari as: quod locum habet & pro vniuersitate & pro re singulari. vt. ff. quorum leg. l. j. & ij. & ff. quorum bon. l. vnica. & ff. de iur. hoc amplius. in hereditate enim non est possessio: & ideo dicitur vacans. vt. ff. si quis test. li. esse ius. fu. l. j. §. sceuola. ea. n. que sunt facti in hereditate non sunt: nec sustinet hereditas vicem persone. vt. ff. de acquiren. rerum do. l. hereditas. sicut in apulia dicitur de puella & virgine. hec puella est vacua. i. que a nemine possidetur nec habet neqз animo neqз corpore. Op positio. Sed illud q̃ritur: quomodo pos set esse q̃ si aliquis sit viuus & habuerit aliquam pos. q̃ possessio illa dicatur va cua cum saltem animo retineri possit: & si animo retinetur non est vacua. vt. C. de acqui. pos. l. licet. Rñ. ita potest esse q̃ pos sessionem quis habuerit & longo tempore fuerit absens: ita q̃ per incuriam desijt possidere: nesciebat enim loca vbi essent sue pos. ex longo enim tempore obliuio se quitur. vt. ff. de vsucap. l. furtum. & ff. de acquir. pos. l. peregre. & ff. de proba. si ar biter. vel potest idem contingere per negli gentiam q̃ aliquis est ita miser q̃ extra ci uitatem non vadit ad vidẽdas pos. suas: & sic desijt possidere. vt. s. e. inuasor. vel habebat aliquis amplas possessio. & ali quas nesciebat bene: sicut de omnibus predictis possem notare exempla. Que

3 stio. † Item queritur: quare dicit absenti um: nunquid esset aliud si poss. vacua pre sentiũ fuerit occupata. Rñ. nõ: sз iõ dic̃ q̃ ita de fctõ cõtingit: q̃ absentis & viuentis possessio vacua fuit occupata: idẽ ẽ ẽt & si p̃sentium: vel ideo ponit absentium: q̃ ci tius contingit q̃ pos. absentium potest fie ri vacua q̃з possessio presentium. Sine iu diciali auctoritate &c. Hoc ideo dicit: q̃ si auctoritate iudicis detineret non habe ret locum ista constitutio: cum iuste possi deat qui auctore pretore possidet. vt. ff. de acqui. pos. l. iuste. & hoc intelligas si iudex iuste precipiat: alias auctoritas iudicis nõ excusaret. vt. ff. de reg. iur. l. fcm̃ a iu dice. Pone q̃ absens fuit citatus noluit comparere: mittetur aduersarius in pos. rei illius vel mandabitur executioni sen tentia contra bona immobilia illius: quia mobilia non inueniebantur. vt. ff. de re iu dic. a diuo pio. & sic quod legitime factuз est nullam penaз meretur. vt. C. ad. l. iul. de adul. l. gracchus. & ff. de ꝯcubi. l. j. nec deberet aliq̃ euẽtu resuscitari. vt. ff. de iti ne. actu. priua. l. nec enim. & C. de admi. tu. l. sancimus. & que iure magistratus fi unt ad actionem iniuriaruз non pertinẽt. Et iuris executio non habet iniuriam. vt. ff. de iniur. l. iniuriarum. & l. non solum.

4 §. que iure magistratus. Questio. † Sed queritur quomodo posset iudex possessio nem que est apud alium vel etiam que va cat in alium transferre sine facto illius. vel saltem illo ignorante. nã quod nostruз est sine facto nostro ad alios non transfer tur. vt. ff. de reg. iu. l. id quod nostrũ. Rñ. bene iudex ex officio suo possessionem al terius in alium transfert etiam illo igno rante. nam & hoc faciunt cẽsitores qui re colligunt censum & tributa. & hoc etiã flu mina faciunt que vice censitorum fungũ tur. vt. ff. de publica. l. cõmissa. vectigali um. & ff. de acqui. rerum do. l. ergo. & ff. de acquir. poss. l. pompo. §. si iussu iudi cis. sed ita si ventum sit in possessionem. vt. ff. de pig. act. l. non est mirum. nec eniз possessio ad te quando non vacat: vel etiã si vacat recedit sed propter tuam contu maciam. vt. s. dixi. immo iudex ex officio suo in alium transfert dominium. vt. ff. si ex nox. cau. agatur. l. j. in fi. & ff. de noxa. l. electio. in fi. & ff. de damno infecto. l. si finita. §. iul. & arg. ff. de publica. l. j. & in sti. de officio iudi. Nec vnde vi interdic. ẽ quia illud datur possidenti & deiecto. vt. ff. de vi & vi ar. l. j. §. dicitur. at iste viuẽs & absens vel presens non curo: neqз ani mo neqз corpore possidebat non potest di ci deiectus cum possessio eius vacaret. vt. ff. de vi & vi ar. l. j. §. eum qui nec animo solo quod dicit dominus. H. in eo q̃ sine

spicatur se posse repelli: q2 nec illi crede bat interdictum competere. sed hec cōsti tutio: vt in hac ea. l. notaui. Nec quod vi aut clā. Et merito: illud enim interdictuz vel interdicta competunt quando aliquis celante domino possidet: vel quādo īfert vim inquietatiuam quod in vacua poss. assignari nō potest. vt. ff. quod vi aut clā. l. j. z. l. prohibere. §. clā. z. l. vim facit. Ex hac littera sum: vnum ar. q interdi ctum quod vi aut clā sit vnū habens duo capita: de hoc notatum habes. s. in spe ciali rub. qō vi aut clā. Uel aliā quā iam actionē ad recipiendā possessionē. Nota q actio est proponēda hodie ēt ad recupe randā possessionē: q actō sit pponēda no taui. s. in h eodē libello. circa pnci. añ tra ctatū actionū. Oppositio. Sed opponit: imo sm vetera iura ppetebat cōditio ex. l. illa inuasor. s. eo. ti. naz ibi loqtur de ap phendente pos. vacuam q debet eam resti tuere: cū illā possessionē p errorez aut in curiā domini possedit. qūo g dicit q nul la actio cōpetebat ex veteri iure ad recu perandā talē possessionē. Rñō. possz dici q illud qō cauet in. l. illa fuit additū a cō positoribus noui iuris. Uel alr: nulla ac tio cōpetebat p legē veterē cū pena. nam. l. illa inuasor sine pena pcipiebat pos. resti tui. hec aūt cstitutio cū querebat. facit re stituere cū pena sicut. j. dicemus. Uel ter tio mō z melius. l. illa inuasor. loquit qñ qs occupauit pos. vacuā credendo suā: in q casu videt loqui dū dicit p errorez. i. q2 credebat esse suā cū nō erat: vel p incuriā siue q nō curauit multū diligēter iquire re an essz sua vel aliena. l. aūt ista loquit qñ qs occupauit posses. alicui viuētis va cuā psentis vel absentis quā possessionez sciebat suā nō esse: credebat tñ sibi licere il lā apphēdere ex q vacabat: sic z qñ qs oc cupare rem que est in bonis nullius quaz incontinenti facit suam. vt insti. de re. di. per totum. z. ff. de acquir. rerum do. l. j. z ij. z. l. adeo. z hoc est quod dicit littera in fi. omnes autem scire debent zc. vnde si lex ista penam imponit non est mirum: q2 plus peccat q in illa. l. inuasor. Uiolētia

l ab'atā pos. minime pcedēte. Ex hac lra sumit q. l. ista loquit de possessiōe vacua gcqd dixerit dns M. salua pace sua: z ex lra supiori q dic vacua: si. n. nō cēt vacua nūq3 possz ab alio apphēdi sine violētia: si enī z ille possidebat ego posidere nō pos sem nisi violētiam cōmitterē z ille deijce ret: q2 duo insolidum possi lere nō pnt. vt. ff. de acq. pos. l. possideri. §. ex plurimis. z. ff. cōmodati. l. si vt certo. §. si duobus. Nisi dño trimō i rē actio. exercere pmit tētes. Et sic cōtingebat tpe veterū legū: si cut cōtingit hodie illi q m ttit in pos. rei alicui qñ agit reali post lit. cte. vl q si: q sola qō ppetatis reseruatur absenti: vt. C. vbi in rē actio. dz ex. l. ij Nos s vo non pcedentes aliquē alienas res vel posses.

5 vsurpare p suaz auctoritatem. † Nota ex ista lra q nullus auctoritate ppa dz sibi ius dicere. sit'e. C. de iudeis z celi. null. iōp iudicē reposcere dz vt h. z. ff. qō me tus cā. l. extat. z. ff. ad. l. iul'. de vi publ. l. pe. Fallit tñ in casib qbusdā. vt. C. qñ li ce. sine iudi. l. j. z. ij. z. C. de metaz. li. xij. l. j. ff. de his q in frau. credi. aut ptor. §. si debitorē. Sancim talē possessorē vt pdo nē intelligi. Talē. s. inuasorē occupātem: Oppō. Qūo tenet vt predo: certe nō vz. nam, pdo tenet actione vi bonorum rap. vt. ff. vi bono. rap. l. ptor. z insti. vi bono rum rap. Item ille ita tenetur si violētiaz cōmittat. vt in predic. legib. hic aūt sine violētia vt ēt dicit lra isti. l. Item ille te net p re mobili: hic aūt loqt de occupan te pos. vacuā rei immobilis vel etiā mobi lis: sed frequenti ad illud qō de facto cō tingit imo ēt frequenter ptingit de re mo bili: sicut de imobili. z frequenti z plus q2 rei mobilis a natura neglecta custodia est. vt. ff. de acqr. pos. l. si rē mobilē. Qua re g dicit q tenet vt pdo: cū ille punit in triplū pputata re. vt isti. vi bo. rap. hic aūt minus punitur: vt. j. dicemus. Rñ. istud punitur ratione similitudinis quo ad gd. s. quo ad restituēdam illam possessionem nō quo ad aliā. nā nō ē pdo nec punit pe na pdonis: propterea ponit verbū silitu dinarium vt predonem intelligi. z h ēt in

dicant verba sequentia. Et generali iuris/ditione ea teneri que pro restituenda pos: contra huiusmodi personas veteribus de/
6 clarata sunt legibus. † Que est illa gene/ralis iurisditio: que sunt veteres leges. Rn. quidam voluerunt notare. s. interdi/ctum vnde vi. vt sicut per illud interdi/ctum tenetur inuasor possessionem resti/tuere cum fructibus: ita et per istam con/stitutionem teneatur iste occupator: nõ ta/men alia pena imponatur. et hoc voluit notare dominus Jo. et dominus Aldri. Alij idem sentiunt quantum ad penam: sed vocant generalem iurisditionem. l. il/liam inuasor. et sic secundum istos mala est illa expositio quam notaui. s. in hac ea/dem. l. Dominus meus intelligit genera/lem iurisdictionem: scilicet constitutionẽ si quis in tantam. non q tenecatur illa con/stitutione sed ista. quia illa punit violen/tos: et quando occupant vel inuadũt pos. apud alios constitutam sicut ibi notaui. Dicit ergo hunc predonem teneri ad resti/tutionem possessionis cũ fructibus et ad penã legis: qz tñdẽ soluet si nõ ẽ dñs vel non habuit ius in re: alioquin amittit dñi/um vel punitur in iure quod habet: vt di/cit illa constitutio si quis in tantam. Ridi/culũ est enim dicere vel audire q per igno/rantiam quis rem alienam occupauerit. Simile habes insti. vi. bo. rapto. vbi quis excusabatur si dicebat. ego erraui: credi/di rem istam fore meaz et hec mihi licere: vnde in vtroqz inuentum est iuris remedi/um ad puniendaz maliciam que possit ex/cogitari hic et ibi. Sic ergo nota quattu/or casus. in duobus habet locum constitu/tio: scz quando quis putauit rem illã quã occupauit esse alienam et erat aliena: vel credebat suam et erat aliena. in alijs duo/bus non habet locum: scz quando puta/uit suaz et erat sua: vel quãdo putauit alie/nam et erat sua. Omnes autẽ scire debẽt quod suum nõ est hoc ad alios medis om/
7 nibus pertinere. † Tenetur ergo aliquis scire id quod suũ est: et quid habeat et quã/tum. sed aliquando multi plus sperãt ha/bere in saculis suis q̃ꝫ habeant. vt insti. qui manu. poss. vel non. Item tenetur sci/re quis vires et emolumenta rerũm sua/rum. vt. C. de rescin. venditi. quisquis.
8 Questio. † Item quid si est aliquis stultus qui fere nihil nouit quid erit de isto. Re/spondeo nihilominus punitur ne melio/ris conditionis sint stulti q̃ꝫ periti simpli/ces q̃ꝫ scientes. vt. ff. quod vi aut clã. ser/uius. omnes q̃ sciunt vel scire debent ista: sunt. n. in iure parta: vt h. et. C. de rescin. vendi. l. qsqs. et. ff. de fideiuss. l. si tuts et se/ia. et. ff. loca. et cõduc. l. itẽ qruur. §. si ful/lo. et. ff. de edil. edic. l. j. §. cã. Quod suum
9 nõ est. † Quid est q̃ illud qd dr esse alicu/ius. Rn. stricte h dr: meũ tuũ suũ illud qd ptinet ad dominiũ. nã ista verba illud sa/piũt. vt. ff. de rei vẽ. l. nõ solũ. §. meũ. et. ff. de leg. iij. l. seruos. et. ff. de religi. et sump. fune. l. ij. §. in locũ alteri. et. ff. ad treb. l. si legat. §. si qs bona sua. h ad alios mo/dis oib ptinere largo mõ ponit. vt. ff. de ver. sig. verbũ ptinere. et sic si ad aliũ res ptinet rõe pos. lz sua esset pprietas puni/ris. qz restituis rẽ et dñiũ amittis: et si pti/nebat ad aliũ iure dñij restituis rẽ et aliõ tantũdẽ. vt. s. dixi. vnde dic medio oi/bus. q. d. q aliud nõ posset esse. nã si res est mea nõ est tua et ecõtra. vt. ff. de p tur. põpo. et. ff. de execu. rei iudic. l. si inter me
10 et te. Cũ talis dispositio. † Queritur que. Rn. est illa prima qd oĩs scire debẽt et cẽ. Itẽ q nullus dẽat occupare rẽ alienã. Itẽ aliud qd ridiculum est dicere vel audire. Ut si qs rẽ alienã inuito dño attigerit. et aio lucrandi vt dicũt veteres. ll. ff. de fur. l. j. et. ij. et. iij. licet in casu etiam volẽte do/mino fiat furtum. vt. C. de fur. l. si qs ser/uo. Si qs rẽ. subaudi mobilẽ: qz abolita ẽ snia dicentiũ fundi loci ve furtum fieri. vt insti. de vsucap. Oppõ. Sed nõ vr hec bo/na similitudo in actione furti. nam excu/sat qs a furto si cessat dolus. Item si non fiat lucrandi aio vt ex distinctiõe furti ap/paret. Item et si qs vtat re aliena vt cre/dat dominũ pmissurũ: lz falso credat tñ excusat a vitio furti et a pena. vt insti. de ob. q̃ ex dli. nas. et. ff. de fur. l. inter oẽs. Rn. re vera nõ omnimoda similitudo sed

inducit simile q̄tum ad hoc quādo iste sciuit possessionem esse alterius scil cet alicuius rei mobilis ⁊ dolose contractat tunc punitur: ita punitur ⁊ hic quādo dolo occupat pos. vacuā alicuius absentis: non ē autem oimoda similitudo vt dici. ¶ Sȝ ita demum constitutio presens succurrit absenti. Si. xxx. annoꝝ nō excesserint curricula. Circa ista opponitur quō durat q̄rela ex. l. ista vsqȝ ad. xxx. an. cum sit penalis debebat saltem durare vsqȝ ad annos xx. vt. C. de fal. l. querelam. Rñ. ita durat quia cōdi. ex. l. ista est personalis: ⁊ omnis personalis de sui natura ⁊ de iure cōmuni durat vsqȝ ad an. xxx. vt. C. de consti. pec. l. ij. Item ⁊ est ciuilis: quia a Iustini. inducta. nam ⁊ actio furti nec manifesti ciuilis est ⁊ penalis: vt insti. de perpe. ⁊ tempora. act. ⁊ durat vsqȝ ad ānos. xxx. immo etiā furti manifesti actio que pretoria est ꝓpt vicinitatē illius actionis ciuilis furti nec manifesti durat vsqȝ ad an. xxx. vt instit. de perpe. ⁊ tempora. act. ⁊. l. illā querelaȝ C. de fal. ñ obstat: q̄a locū hēt qñ ex crimine criminaliter agitur. Item ⁊ in. l. illa po

21 nitur fere. † Questio. Si tu queras quare minora tempora statuuntur quādo criminaliter agitur: q̄ȝ quando ciuiliter agitur ex crimine. Rñ. rō est. s. ipsa pene impositio que est odiosa ⁊ idea restringenda. vt. ff. de penis. l. pe. ⁊ vbi maius periculum ibi maius consiliuȝ. vt. ff. de carbo. l. j. nā etiam instan ia iudicij criminalis finitur biennio. vt. C. vt infra cer. tēs crimi. qō term. l. vl. ciuilis iudicij instantia durat triennio. vt. C. de iudi. ꝓperandū. §. j. Item mitius agit̃ cū aliq̄ in crimine si criāliter ↄdēnet̃. nā pānicularia sibi ñ auferūtur: nec ȝona nec leues anuli nec nūmi iuteralis. vt. ff. de bo. dāna. l. diuus. in ciuilibus aūt insolidū ↄdēnat̃ nisi sit persona q̄ habeat priuilegiū vt nō ↄdēnet̃ nisi eatenus q̄tenus facere possit. vt. ff. de re iudi. l. sunt persone. cū. ll. seq. Et sic i criminibꝰ si criāliter agat̃ est quedā benignitas lȝ delinquētes sint odiosi: in vita actionis q̄ minꝰ durat ⁊ in instātia iudicij lȝ hic alīs durius agat̃ cū cōdēnato. Oppositio. Sed circa istā pꝛescriptionē. xxx. an. opponit̃ vel p̄nt iura ass̄ g̃ari. s. de censi. ⁊ cēsito. l. vl. li. xi. nā legitur ibi ꝙ si aliquis desertā possessionem recipit a perequatore: perequatoꝛ dicitur ille qui equaliter diuisit possessiones tributorias inter illos qui volunt recipere a fisco ad censum: ⁊ ille qui credebat sibi ius in re illa competere non venit infra sex menses in perpetuum conquiescat ⁊ nullum repetendi dicu imperatoꝛ volumus esse principium. ⁊ hic in. l. ista cum querebatur. auditur vsqȝ ad ānos xxx. Rñ. in. l. illa de censibꝰ. hic possessoꝛ habet titulum vnde iuste possidet qui a perequatore possidet. vt ⁊ alias. ff. de acquiren. pos. l iuste. in. l. cum querebatur. nullū hȝ ti. qui inuasit: ⁊ ideo tantuȝ occupauit ad suum cōmodum. in predic. l. ad cōmodum suū ⁊ ad commoduȝ fisci. vnde illi prioꝛ possessoꝛ debet audiri vsqȝ ad sex menses tantum. Et quare vsqȝ ad sex. Rñ. ad instar redhibitorie. vt ff. de edi. edic. l. cum sex. ⁊ ne diu predia tributoria vacent Oppositio. Itē adhuc opponit̃ de. l. l. C. de omni agro des. r. li. xi. qui agros. nam si aliquis accipit agros desertos vetꝰ possessoꝛ poterit infra biēnium auocare. nam post biennium omni possessionis ⁊ dominij carebit iure qui siluit. Rñ. in. l. illa ideo sic statuitur infra biennium: quia ille qui accipiebat agros desertos accipiebat ad commodum suum, ⁊ ad commodum fisci. ⁊ hoc dicit littera ibi ad priuatum publicumqȝ compendium: ⁊ nō accipit a pereqtore sed sua auctē: ⁊ ideo biēniū statuit̃ infra qō dño ⁊ veteri possessori auxilium cōpetit ⁊ nō vsqȝ ad annos. xxx. q: in. l. ↄquerebat̃. ex toto ⁊ in totum ad suuȝ cōmodū occupabat. ⁊ qō dicit. l. C. q agros volūtati sue nouerit adesse nostrū rūsuȝ. nō intelligas ꝙ aliquis debeat expectare rūsuȝ ꝑncipis an velit ↄcedere: quia tūc sine dāno more opteret expectare ne biennīū currat. vt ar. ex illa aut̃. sȝ lis que sperat̃. C. de tēpo. appel. Itē si haberet a principe a nullo aliq̄ tpe questionē pateret̃. vt. C. de oī agro deser. l. vl. In hac aūt ↄstitutione

22 formabit actoꝛ sic lib. † Libellꝰ. Ago. c. R.

ctra M. qui pos. meā vacuā ppria auctē invasit seu intrauit vel occupauit. vnde peto illam pos. mihi restitui cum pena: vt si dominus est vel ius hȝ in re q amittat: vel si non est dominus vel ius non habet q mihi soluat estimationem rei ipsius quam facio. xx. propono condi. ex. l. cum querebatur. Oppositio. Sed huic lib. sic opponitur. non videtur q libellus sit sic cipiendus: cum actor debeat esse certus de iure suo. vt. ff. de reg. iu. l. q in alterius. vnde sub cōditione non debet recipi ita libellus. Respō. non est locus oppositioni nam de facto suo non dubitat hic actor: quia certa res est que petitur: z certa est conditio que intentatur. verū incertitudo versatur circa factum alterius: qa non possum scire vtrum sit dominus ille vel non. z simile contigit alias. ff. quorum leg. l. i. §. ħ interdictuȝ. z. ff. si pars here. pe. l. j. §. vl. Oppositio. Uerumtamen opponitur de eo quod habes. ff. de tribu. l. quod in heredem. §. eligere. nam ibi tenetur actor eligere licet videatur dubitare de facto alteri⁹. Sed respondeo ideo ibi: quia debui explorare de illo cum quo contraxi vtrum fuerit exercitor vel institor vel in rē domini verterit pecuniam illam. vel an iussus domini interuenerit vel saltem an habeat peculium: quod hic nō est cum agitur ex malefi

13 cio. † Questio. Quedam tñ querit dominus meus extra litteraȝ sicut in summa super. l. ista notat. Et primo sic queritur: qd si res sit hereditaria quā aliquis occupauit an habeat locū pena. l. istius. Rñō. non quia hic loquitur in pos. absentis z in re aliena vt ptȝ per illa verba qui per ignorantiam rem alienam zcetera. res autem hereditaria non est alicuius: z possessio ipsius non est alicuius. vt. ff. de re. diui. l. j. z. ff. si quis te. li. esse ius. fue. l. j. §. sceuola. Itē queritur: quid si hereditas erit adita sed pos. non apprehensa: potest dici vt locum habeat constitutio secundum vnā positionem casus. Questio.

14 † Item querit: nunqd locū habeat ista constitutio qñ qs accipit cū dolo vel sine dolo. Rñ. dñs me⁹ dt q locū habet qñ cuȝ dolo. z ħ colligit ex duob⁹. pmo ex illo qd dicit q debs scire debēt. sc̄do ex illo q ponit de exemplo furti z sic notat in sūma. C. vnde vi. sup hac. l. Alij sine destinctione admittūt siue cū dolo siue sine dolo: z ita dicūt q sit generalis sicut z cōstō si qs in tātā. alioqn qlibet posset dicer. ego credidi ħ mihi licere: z sic excusari. sicut alis cōtigebat inst. vi. bo. rap. z difficilimū eēt mihi pbare dolū cū dolus pspicuis insidijs pbari dȝ. vt. C. de dolo. dol⁹. Posset forte media s̄nia eligi: vt qñ dolo locū habeat. l. ista: z q̄tū ad penā z q̄tū ad restitutionē pos. qñ vero sine dolo locū habeat hec cōstō tñ ad restōnē pos. nō aūt q̄tū ad penā.

15 † Qō. Itē querit dñs me⁹ nūqd locū hēat. l. ista. si aliqs occupet rē meā vacātē ab alio nō a me lȝ nō sit vacua. Respōdit dñs me⁹ q nūq: alij auxilio loc⁹ ē. sȝ qd eēt illd auxiliū. Rñdeo vel vñ vi. vel si qs in tātā. si. n. vacat ab alio ñ

16 āt vacat a me. † Qō. Itē q̄rit: quō si possessio erat vacua possȝ locū hre cōstō ista vl libell⁹ vt possiȝ dicere peto mihi possessionē restitui q̄ȝ amiserā ex oblivōe. Itē quō restituet mihi pos. ssio q̄ nō fuit mihi ablata. Rñdeo dicit restitui ex parte illi⁹ qui occupauit sicut interdictū quorū bonorū qd dicit restituēde ex pte cōnēti: lȝ ex pte agētis sic acqr. vt. ff. qr bonoz. l. j. Ul dicit restituēdū. i. dādū. nā z verbū restituēdi z p se dādi signatū hȝ. vt. ff. de vbo. sig. l. verbū reddēdi. z. ff. de leg. ij. l. cū quidā vrori. ¶ Hec vt vltima sicut potui ad vtilitatē scolarū z doctrinā de qōnib⁹ q violētiā puniūt notare puidi. Et sic p dei gratiā cōpleta sunt omnia q̄ i arbore act. inuenta fuerunt nomina actionum. z multa plura sunt addita per studium z solicitudinem presens opusculum cōponentis.

¶ Sublimis z vtraqȝ censura consultissimi ac totius practices facile principis domini Rofredi beneuentani in suum elegantissimum opus. De ordine iudiciorum super iure cesareo finis feliciter.

FINIS.

¶ Finit singulare & egregium opus Roffredi de libellis: omnibus cesarei iuris professoribus maxime necessarium: per dominum Lucam Panetium: artium ac iuris utriusq; professorem: nuper accurata dil:gentia recognitum: Impressum autem Venetijs summa diligētia per Bernardinum de Vianis de Lerona Vercellensem. auspicijs & impensis Melchioris sesse. Anno domini. 1537. Die.xii. Maij.

Cum priuilegio. Ne quis hoc opus audeat imprimere: neq; imprimi facere in toto dominio Venetorum ac in toto regno Neapolitano sub pena in ipsis priuilegijs contenta.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO. PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ. AAA BBB.

Omnes sunt quaterni: preter. ✠ Et BBB. qui sunt duerni.